

02 H 1019



B. C. D.
DISSERTATIO JURIDICA
DE
MURMURATIONE
PRÆSCRIPTIONEM
IMPEDIENTE,

QUAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO WIL-
HELMO,

REGNI BORUSSIAE, ELECTORATUS ET PROVIN-
CIARUM HEREDE, ET RELIQUA,

IN REGIA ACADEMIA FRIDERICIANA,

Adnuente Illustri J^uCtorum Ordine
SUB PRÆSIDIO

JO. FRIDEMAN. SCHNEIDERS,
Ph. & J. U. D. Professoris Jur. Extr. & Facult.
Philos. Adjuncti.

Publicæ eruditorum disquisitioni exponit
LEVIN CHRISTIAN LUEDECKE,

Hall. Saxo.

ad diem 10 Decembr. A. O. R. MDCCIV.
Horis locoque consuetis.

HALÆ MAGDEBURGICÆ, Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI.

MURMURATIONE
PRESCRIPITIONE
IMPERIENTE

DE TRI DEDRIO M.
HERIO

REGI BORGIAE, HISTORIATIS ET PIONI
CIVICUM HEREDIS ET TESTAMENTI
IN REGLA ACADEMIA FREDERICIANA

IO. FRIDUAN SCHNEIDER ERS
PER UD. PROLEGORIIS JAC. EXQ. & SCHE
PROLOG. AEGIDI.

LEAVN CHRISTIAN LIBERCRE
HAB. 290.

1601. O'DONALD. A. G. MCCOLL

THE WOODMANSCHE. THIS CHAPTER IN THE SEVENTH

ILLUSTRI ET EXCELLENTISSIMO
DOMINO
URBANO DIDERICO
de LUEDECKE,

Serenissimi ac Potentissimi Regis Borussicæ pa-
riter ac Serenissimi Ducis Brunsicensis & Lu-
neburgensis Consiliario Status intimo, Regimi-
nis & Consistorii Gwelferbitani Directori, &
in Imp. Lib. Sec. Dioec. Quedlinb. Capitaneo,
ac Steurarum Directori supremo,
*Domino Patruo, Patrono, atq[ue] Patrino suo, humillimo
obsequii cultu etatem devenerando.*

Ut &
PRÆNOBILISSIMO atq[ue] CONSULTISSIMO
DN. ANDREÆ OCKEL
Jcto longe celeberrimo, Regiæ Majestatis Bo-
russicæ in Scabinatu Hallensi Subseniori, ac Reip.
patriæ Consuli meritissimo,
*Fantori suo estimatisimo, ac debito honoris cultu
perpetuo suspiciendo.*

ILLISTRIS ATQ EXCELLENTIS-
SIME DOMINE PATRUE, AC PATRONE
ÆTATEM DEVENERANDE,
PRÆNOBILISSIME ET CONSUL-
TISSIME DOMINE PATRONE AC FAUTOR
MAXIME COLENDE,



Ultæ quidem rationes sunt,
meum dedicandi conatum
excusaturæ, sed vere dome-
stica & omnium proxima
hæc esse videtur, quæ san-
gvinis vinculum mihi in me-
moriā revocat. Id sane impedivit, quomini-
nus audaciæ meæ veniam a VOBIS exora-
rem, cum gravissimis & aulæ & curiæ ne-
gotiis VOS undiquaque occupatos esse, sa-
tis superque intelligam. Ingeniorum enim
VESTRORUM ea est propensio, ut nec gra-
viora

viora rerum momenta Vos a litterarum
nostrarum deliciis avertere possint, quin, o-
tio utcumque adfulgente, animos quoque
VESTROS mansuetioribus musis destinare
velitis. Quæ, diligentissime perpensa, in o-
ptimam spem me adducit, futurum esse, ne
ægre feratis, si **SPLENDIDA NOMINA VE-**
STRÆ, ut tutelaria, ex veterum more, dis-
sertationi meæ præfigere ausim. Signa hæc
erunt, quæ deinceps auspicata & fausta stu-
diis meis fore, non vana coniectura mihi
persvadeo. Si enim extranei favore **VE-**
STRO freti, de qua sibi impense gratulan-
tur, vitæ felicitatem **VOBIS** debent, neque
mihi vertetis vitio, Luedekianæ Familiæ
adscripto, sin Vos eadem fiducia compello,
ut summo præsidio **VESTRO** me defendas.
Quare hoc observantia erga Vos meæ
pignus offerens, enixe contendeo, ut beni-
gno vultu illud respiciatis, idque non ex ar-
gumenti vilitate, quod satis exiguum esse,
ipse

ipse animadverto, sed ex obsequio & maxi-
mo ardore Vos colendi, unice ponderetis.
Atque benevolentia VESTRA, quod ite-
rum rogo, quam clarissimis significationibus
erga me huc usque comprobastis, in poste-
rum quoque frui, quam benignissime indul-
geatis. Dab. in Frideric. 1704.

SUMMORUM NOMINUM VESTRORUM

Cultor devotissimus

LEVIN CHRISTIAN LUEDECKE.



B. C. D.

P R A E F A T I O.



D patientiam cives præparare in Republica , haud exiguae molis est. Impellente enim libertatis amore, multas cum ea molestias queruntur. Sic indulgentes genio suo, fugiunt onera. Equidem, ut homines , iniqua pati, sibi videntur: quæ tamen si inspiciantur penitus, talia non sunt, prout a civibus feruntur. Nimirum itaque sibi metuunt, publico privatoque imperio subiecti. Neque enim statim rediguntur in servitutem, si quas operas aut tributa solvere debent. Alia igitur causa accedit, aliaque imperandi ratio. Cum ea exiguntur munia, quæ vel non debentur, vel eo tempore, quod pro re nata exceptum fuit. Certe singula hæc cum fiunt, ita fiunt, ut civium patientia in ius transeat. Quæ occultis semper, nonnumquam erumpentibus odiis dividunt animos, puta civium a Principe, & rusticorum a domino suo. Et quo altius illa surgunt, eo exstimalunt acris. Hinc nascitur isthæc impatientis animi so- boles, quam murmurationis nomine indigitare

4 P R A E F A T I O.

volui. Materia, non plane indigna, quæ in lucem protracta, meum exerceret ingenium. Non minima quidem difficultas eius me aut desertorem efficere, aut cum diffidentia ad elaborationem perducere videbatur. Quam enim litterata sœcula alii negotiis civilibus dudum ademerunt, huic fere reliquerunt omnem. Sed id ipsum, puto, effectum esse, quo citius erroris mei veniam consequar. Cum omnino deficiant, quorum vestigia sequi potuerim, iuris interpretes. Felicior iurisprudentia Romana reliquarum gentium instituta superat, quod magis ex naturalibus, quam civilibus præceptis collecta sit: in eo tamen reprehensionem meretur, quod plura præscriptionum impedimenta, etiamsi illæ proprius sint iuris positivi foetus, vel non attigerit, vel levi brachio tractaverit. Qua de causa evenit, ut ne nomen quidem murmurationis a iuris Romani consultis proferretur, paucissimis rem ipsam tractantibus: in quibus vero ingenium, quod alibi eximum ostendunt, hic desiderare liceat. Cum igitur probe animadvertisca non verbis, sed rebus ipsis leges impositas esse *L. 2. in f. C. Comm. de legat.* missa vocum explicatione, rei potius tractationem, Deo auspice, ingrediar, nullus dubitans, quin circumstantiis negotii perceptis non murmurantia, sed consentientia, si non omnium, saltim sapientiorum lectorum, iudicia experturus sim. s A

CAP. I.

* (5) *

CAPUT I.

DE

MVRMVRATIONIS NATVRA
AC VARIIS DIFFERENTIIS.

S U M M A .

- Impedimenta prescripionis di-
stribuantur.
In naturalia, uti sunt,
ablatio possessionis,
translatio eius,
pignoratio &c.
Civilia, que
iudicitalia
extra iudicitalia:
Illa hic removentur;
Hec vero comprehendunt de-
nunciationem privatam,
protestationem,
contradictionem.
Murmuratio species est contradi-
ctionis extra iudicitalis §. 1.
Murmurationis descripicio.
Ad mentem Stoica Philosophia
inventa,
Testimonia Seneca hanc in rem
citantur.
Murmurationem quoque vocem
pure latinam esse hinc infer-
tur. §. 2.
Descripta murmurationis diffe-
rentie. Quarum
1. ab admurmuratione, que
invitat ad offendendum.
- Regulus Baldi commendatur.
Quis auctor rixæ?
An talis sit admurmurator?
Obiectio Baldi: in admurmura-
tione mandatum delinquendi
non presumi;
Solvitur (1.) ex conditione eius,
qui admurmuratur, quod sit
inimicus (2.) ex modo delin-
quendi, si murmurationem in
contenti delictum sequitur. §. 3.
Murmurationi huic Susurratio
convenit, cuius
Descripicio ex Moralibus.
Distributio per varios susurrandi
modos.
Turpitudo inde probatur, quia
famam ledit,
amicitiam tollit.
Excipitur amicitie turpis dissolu-
tio.
Amicorum vinculum, quod vir-
tute caret, crimen fidei est.
§. 4.
(2.) a murmuratione seditioso-
rum hominum, qui
(1.) imperantium auctori-
tatem fugillante,
(2.) novi

A 3

6 CAP. I. DE MVRMVRATIONIS NATVRA

(2.) novi imperii introduc-	tionem adfectant.	Qu. An eo casu officium suum magistratu resignare liceat? Neg.
Exemplo Israëlitarum murmu-	rantium illustratur,	Rationes: (1.) ab ordine vocatio-
Quorum (a) conatus (b) tra-	gicus eventus.	nis sue servando.
Repetitio murmurationis eiusque	pœna in eadem gente traditur.	(2.) a promissione auxilii di-
S. 5.		vini.
Transitus ad milicium murmura-		(3.) ab exemplis sanctorum,
tionem.		qui murmuratoribus non ces-
Species seditionis est, eius gra-		serunt.
vitas, ratione		Objeccio: Consiliorum eventum
(1.) periculi,		esse vanum & maiora odia
(2.) supplici,		conciliari.
Murmuratio seditionis militis stat		Solvitur (1.) a similitudine ma-
capite:		gistratus cum Deo.
Idque probatur ex Iuribus mi-		(2.) ab onerosa imperii admi-
litaribus		nistratione.
Germanorum		Limitatur de resignante
Romanorum.		Ob Reipublice ruinam,
Extenditur		malam administrationem,
(1.) ad concium facinoris.		periculum remotionis. S. 7.
(2.) ad compertum, et si non		(3.) a murmuratione scil. & Mon-
auditum.		eborum, quorum pœna.
Diaz de Mena refutatur.		item causa murmurandi traditur.
(3.) ad murmurantem pro-		An propter escam?
pter operas vicarias, qui		Coniectura Basili M. eligitur.
seditionis causam da-		Ex Papicolarum ieiunio confirma-
re voluit.		tur, quod in ciborum selectu
Jus militare Lüneburgicum de		confisit. S. 8.
hoc casu laudatur.		Clericorum Pontifici maledi-
Mitigationem pœna parit. Ducum		centium.
savitia,		Murmurationem contra Princi-
convenientia,		peps posse in crimen lese mai-
avaritia. S. 6.		statis abire, ex Arnobio proba-
		tur. S. 9.
		Illorum pœna est vel suspensio of-
		ficii &

ART AC VARIIS DIFFERENTIIS.

7

- ficii & beneficii vel ieiunium
in pane & aqua.
- Obiecit. a remissione maledictorum contra imperatorem emis-
sorum.
- Solvitur (1.) per Negationem con-
sequente (2.) per distinc-
tionem inter murmurationem
maledicentis ex iusto dolore
aut temeritate, ac inter eam,
que ex mera animi malitia fit.
§. 9.
- ¶ Pastorum Evangelicorum.
- Utrum Pastor sene-
tienti ob da-
tum substitutum a Parroco Ec-
clesie murmurare liceat? Resp.
Neg.
- Rat. (1.) quia in eo habet so-
cium laboris.
- (2.) quia providentiam Patro-
ni agnoscere debet.
- Responsum Theologorum Lipsien-
sium commendatur.
- Quomodo minister Ecclesie se ge-
rere debeat contra murmu-
rantem collegam suum?
- Remissive ad Theologos. §. 10.
- ð) Opificum.
- Causa murmurandi iustifica est
irrationabilitas
consuetudinum,
statutorum,
- Exemplum murmuracionis infla-
matio vidua attenditur. §. 13.
- Non

e. gr. de capto opere ab alio
non perficiendo.

de vitiata in uxorem non du-
cenda

de interdictione opificii iniu-
riato magistro facta.

DN. de Lyncker dissensus conci-
liatur cum opinione B. Brun-
nemann. §. u.

(4) a murmuratione que adul-
terii indicium est.

Quid sit den Brunnenschla-
gen?

Peculania huius aetatis taxa-
tur.

Vano amoris obtentu excusari
nequit.

Hobbesi sententia hanc in rem
adducitur.

Ad indicia adulterii pertinere
concluditur. §. 12.

Divisio murmuracionis

(1.) ratione modi
in expressam
tacitam.

(2.) ratione cause
in iustam,
in iustum.

Exemplum murmuracionis infla-
matio vidua attenditur. §. 13.

Non

8 CAP. I. DE MVRMVRATIONIS NATVRA

Distributio
impedimen-
torum pre-
scriptionis.



On diffiteor, plurima præscriptio-
nis esse impedimenta. Singula ve-
ro illi ad duo genera reduxerunt,
in quorum deliciis ars æqui & boni
habetur. Nimirum ea vel natura-
lia vel civilia esse, bene statuunt.
Equidem naturaliter præscriptio
impeditur, si cui aufertur rei pos-

fessio aut in alium transfertur L. 4. §. 22. L. 5. L. 15. pr. &
§. 2. ff. de Usucap. & Usurpat. Neque diversum est impedi-
mentum, quod iurium præscriptionem cohibet. Quoties
enim per pignorationem aut prohibitionem ab eorum
usu quis repellitur; tories interrumpi præscriptionem,
manifestum est. L. 2. C. de servit. Benedictus Carpzovius
P. 2. C. 7. d. 1. His loco suo relictis ad ea contendō, quæ
sunt civilia. Rursus autem distribuuntur in judicialia &
extrajudicialia. Judicialia, utpote extra metam tracta-
tionis meæ posita, non attingo. Cum mihi curæ sint
tantum illa impedimenta, quæ extrajudicialia vocantur.
Quæ iterum vel in denunciatione privata L. 20. §. 11. L.

Murmura-
tio est speci-
es contra-
dictio-
natis
extraudi-
cialis.
Descriptio.

25. §. 9. ff. de petit, hered. L. 17. C. de R. V. vel in protestatio-
ne. L. 2. C. de annal. except. vel in contradictione consi-
stunt. Periculum itaque erroris me evitaturum, satis con-
fido, si murmurationem sub extrajudiciali contradic-
tione comprehendam.

§. 2. Ex quibus iam pateret, quæ murmurationis
vera sit indeoles, nisi more recepto adnectenda esset de-
scriptio. Etsi enim qualibet de iure civili periculosa esse
videtur L. 202. ff. de R. J. eam tamen Romani ICti, & que
ac illorum interpretes, in declarandis vitæ negotiis requi-
runt. Quorum hortatu ego etiam incensus murmuration-
nem

AC VARIIS DIFFERENTIIS.

9

nem describo per actum subditorum, quo adversus nova, dura ac insolita, onera superiorum querula voce & saepe murmure secreto extra iudicium displicantiam suam declarant, ea intentione, ut præscriptionem impedian, quam nimia ipsorum patientia produxisset. Sic ad mentem Stoicæ Philosophiæ in describenda murmuratione me composui, quos Romani locuti olim secuti fuerunt.

Seneca enim Stoicorum facile Princeps in *L. 3. de irac.* 24. *Occasio eius de servorum murmuratione agens, eamdem pro strepitudo Seneca.* tu aut fremitu obloquentium & contradicentium accipit. Idem in *L. 5. de beneficiis cap. 15.* querelæ publicæ de ingratorum hominum copia opponit murmurationem suam: *neq; est,* ait, *quod hanc nostram murmurationem putet;* adeoque vi oppositionis non potest aliam, nisi querelam aut contradictionem privatam indicare. Et præclare hanc acceptancem confirmat in *ep. 107.* scribens: *Optimum est pati, quod emendare non possis: & Deum, quo auctore cuncta proveniunt, sine murmuratione comitari.* Una igitur fidelia, quod in proverbio dicunt, duos parientes dealbavi: veram significationem eruendo, & vocis puritatem vindicando: illa sophisti; hac latini sermonis censoribus, satisfactum esse, existimo.

§. 3. Aliter autem murmurationis accipitur, quando in rixa unum vel alterum excitavit, quo invasor quidem audacior, sed invasus paullo timidior evaderet: utpote quem invadendi consilium dedisse, Baldus sibi persuadet *ad L. 5. C. de accusat.* Unde etiam pro confirmatione sententia sua format hanc regulam: *Quotiesquis offendit reddit verbis aut factis audaciorem, offendit Regula Baldi vero timidiorem is auxilium consiliumque offensioni presti- di. tisse censetur.* Atque Baldi haec opinio cum *LL. Romanis* convenit, ut facile constat in *incipienti L. 52. §. 1. ff. ad B. L. Aquil.*

Differentia
i. ab ad-
murmura-
tione.



TO CAP. I. DE MVRMVRATIONIS NATVRA

Num ad L. Aquil. ubi auctor rixa is adpellatur, a quo primum iniuria & rixa causa coepit, unde ipsa mors intertor sit autor rixe?

Jo. Anton Dölffer in Process. jur. Mil. c. 3. n. 18. Recte igitur ipse Baldus porro infert ad L. i. ff. de serv. fug. si quis homini pravo non nihil in aurem murmurasset, isque paullo post deliqueriset, exinde indicium ad torturam depromi posse, cum malo ei consilio, mandati vim habente, succurrisse videatur. Illustris DN. Strykius de mandato delinquendi Sect. 1. §. 19. seqq. Petrus Peckius in Comment. ad c. 62. de R. f. in tto. Neq; obstat, mandatum in delictis nō præsumi, uti quoq; Baldus sibi contrarius tradit Conf. 383. Col. 2. v. Sed bis non obstantibus n. 1. Adeo, ut licet famulus vel coniunctissimus amicus sit patrator sceleris; tamen dicta præsumtio celset. Verum Baldo dormitante, nec mihi convenit per somnolentia, coniecturas negligere meliores.

Murmuratorem enim hic sisto inimicum, atque suppono, quod post murmurationem eventus in continentis securus sit. Ecce igitur alterius inimicus, qui alicui ad aurem admurmurat, hic vero in continentis vel offendit, vel internecioni dat, illius inimicum, ex hoc mandasse, utique creditur. Ratio est, quia ex actus celeritate, iuncta simul inimicitia, mandatum præcessisse, non dubie conciicitur arg. L. 24. §. f. ff. de Privil. Credit. L. 1. §. 5. ff. quar.

Limitatio. rer. act. non dat. Carol. V. C. C. art. 31. 34. Quare contra murmuratorem militat præsumtio, qui rixæ auctor est & occisi inimicus: nisi murmuratione offensus ex intervallo cum murmurante committatur, quo casu non hic, sed ille pro auctore rixa habetur. Gerhardus Feltmann in Resp. Milit. VII. n. 55. Eadem quoque mente B. DN. Carpzovius in Pr. Cr. q. 120. n. 88. murmurationem in aurem pro indicio ad torturam per se sufficiente habere noluit,

AC VARIIS DIFFERENTIIS.

luit, nisi alia quoque cum eadem indicia vel adminicula concurrerent.

§. 4. Ad finis huic murmurationi est susuratio, *Susuratio*, quam in scriptis suis ad curatores morum Philosophi explicant, quod vitium sit, quo murmure secreto inter amicos discordia seminatur. Thomas de Aquino *in 2.2. q.72.* Petrus Navarra *in Manual. Theol. Mor. c. 18.* aliquie. Tribus autem fere modis committi, illis, qui susurro student, notum est. Primo, si quis refert falsum alterius malum, non habita ratione an pœnæ, culpæ aut *Modi susurrandi* seriae sit. Deinde si quis murmurat de malo alterius vero quidem, sed occulto. Denique si quis refert malum alterius verum & simul notorium per evidentiam iuris aut facti, ea tamen mente, ut amicitia inter duos plures dissolvatur. Ex quibus cognoscitur susurri malitia, quia ut famam lœdit; ita amicitiam tollit. Nihilominus cavendum est, ne nimis extendatur. Neque enim susurus erit, si malum referatur, quo vel turpis & noxia, vel iucunda, sed non honesta frangatur amicitia, quia vinculum amicitiae, quod virtute caret, in crimen fidei incidit. Ut taceam, sapientem non esse, qui relatis omnibus aurem præbet. B. DN. Henninges Rennemann *in Jurispr. Romano-German. L. IV. D. VII. tb. X.*

§. 5. Præterea ignotum erit nemini, quantum in populo, imperii fræna mordente, murmuratio posit. *(2.) a murmuratione* Qua semel exorta Principis sui res gestas increpant, atque eius auctoritatem, utpote obsequii nervum, destruere conantur. Hinc ipsius lumen prudentia obscurant, & virium robur depriment pesime. More ingenii humani, quod iugi impatiens, speciosa libertatis nomina prætendit. Invento murmurationis suæ colore, quod Principi invident, imperium ipsi adfectant murmurato-

12 CAP. I. DE MVRMVRATIONIS NATVRA

*Exemplum
in Israeli-
tis.* res. Et quo voti sui eventum desiderant vehementius, eo occultiores parant insidias, donec, collectis viribus, in apertam seditionem erumpere possint. Exemplorum seriem repræsentant annalium conditores, qui Rerum publicarum fata copiosius delineaverunt. Mearum vero partium esse videtur, brevitati studere, & unicum, idque satis mirandum ac singulare murmurabundi populi fatum & factum ex sacra historia, quæ bona fidei est, huc transferre. Cum enim ex Monarchia Mosis Dathan, Choré & Abiram aliquique filii Israel ducenti quinquaginta viri, Proceres Synagogæ, qui tempore consilii per nomina vocabantur *Exod. XIII.* stetissent adversus Mosen & Aaron, ac nihil in votis habuissent amplius, quam mutationem monarchici status in popularem, tunc obmurmuraverunt Mosi & Aaroni his verbis *Num. XVI. 3.*

*Quorum-
murmuran-
di formu-
la.* *n. Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipso Dominus est cur elevamini super populum Domini? Quia obmurmuratione iratus Deus insigni vindicta ostendebat, quantopere sibi hæc displiceret populi præsumtio, qui, obtenta popularis libertatis & præsumtæ sapientiæ, Mosis principatum excutere iam molirentur.* Quare di-

Pena. rupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum devoravit illos cum tabernaculis suis & universa substantia eorum, descenderuntque vivi in inferno cooperti humo atque ex media Israelitarum multitudine perierunt. Neque hic pœna divinæ terminus erat. Sed & ignis egressus a Numine supremo consumxit ducentos quinquaginta viros, qui incensum offerrebant propria auctoritate, ex nova eaque attentata democratiæ ratione. Reversa etiam sequenti die universa populi multitudine ad Mosem ac Aarónem velut auctores tantæ cladis, mox repetita murmuratione eis exprobrabant *comm. 41.*

Repetitio.

l.c. Vos

AC VARIIS DIFFERENTIIS.

13

I. c Vos interfecisti populum Domini. Quo dicto, tamquam murmurat tessera seditionis, gravior rediret insultus, ut Moses & tio- nis. Aaron, vita sua consulturi, in tabernaculum foederis eiusque pa- fugere compellerentur. Neque Deus aquisissimus malo- na. rum vindex, hanc Israelitarum murmuratio- nem impunitam dimisit. Mox enim egesta est ira ab eo, plaga desaviente, incendium vastabat multitudinem, donec Aaron, assumto thuribulo ad iussum Mosis & hau- sto igne de altari, cucurrit ad delinquentium coetum, quem Deo, oblato thymiamate & deprecatione sua, pla- cabat.

§. 6. Venio, ut tempus utrumque, tam pacis, quam *Demurmu-*
belli, probe attendam, a civibus ad milites murmuran- *ratione mi-*
tes. Criminis fere idem genus occurrit, si patrandi ac- *litum.*
tum atque modum examino: quia Ducibus suis obse- *Species se-*
quiales operas murmure suo recusant, *Wann die Sol-* *ditionis est.*
daten meuteriren / nehmlich wieder ihren schuldigen
Gehorsam dem commando sich opponiren / und da-
wieder mit Worten murren / desz gleichen mit Ver-
cken oder Schriften / durch sich selbst was fürnehmen
oder durch einen andern fürnehmen lassen / wodurch
einiger Aufruhr entstehen könnte. Multo tamen atrocior
esse videtur militum murmuratio, eventum eius perpen-
denti. Sive enim ex parte Ducum, quibus cladis peri- *Pana capi-*
*culum impendet, Antonius Contius *in indice coniuratio-* talis.
num; sive ex parte militum illa spectetur, quorum mur-
muratio semper capite stetisse, satis colligere licet ex
Maximiliani I. d. A. B. art. 11. Nóm. R. Reuter-Bestall.
art. 53. Schwed. R. R. art. 65. 66. Dán. R. R. art. 8. Bran-
denburg. R. R. art. 13. Bürg. R. R. art. 53. 54. Ad imitationem Legislatorum Romanorum, qui, seditionem mi-
litum concitantem, capite punirent. L. 3. S. 19. & L. 6. S. 1.*

14 CAP. I. DE MVRMVRATIONIS NATVRA

ff. de re milit. Balthasar Ayala L.3. de iur. & off. bell. C.14.

Georgius Obrecht de Disciplina militari tb. 102. Jodocus

*Extensio e- Damhouderus in Pr. Cr. c. 69. n. 9. Quæ adeo vera sunt, ut
ius. ipsa quoque conscientia huius facinoris puniri debeat,
1.) ad con- ceu præclare disponitur in dem Holländ. R. R. art. 6.
scium cele- in gleiche Straße sollen fallen alle die / so etwas derz-
ris. gleichen gewußt / und es ihren Capitain oder Obris-
sten nicht angezeiget haben. Rationem eius rei elegan-
tem adfert Hugo Grotius in L. 2. de j. B. & P. c. XVII. §. 9.*

& in L. 2. c. XXI. §. 1. & 2. quia reticens id, quod reticere

*2.) ad com- non debet auctori facti æquiparatur. Deinde cum ne-
pertum, sed cessitas quædam urgeat celeritatem executionis, nefor-
nendum au- san ex mora periculum erumpat: ideo, licet Florez Diaz
ditum. de Mena, ICtus Hispanus, dissentiat L.1. Var. Ref. qu. 18.*

*tamen statuo criminis huius militaris compertum, sed
nondum auditum interfici posse. In primis, quod sen-
tentiaæ meæ & rigor disciplinæ militaris & praxis ipsa ex-
acte respondeat: ille quidem, quod ab incolumi, quam-
vis paullatim negotia perfici possint, a mortuo nihil; De
hac vero testatur DN. Jo. Frider. Schultz, Auditor Gene-
ralis Brandenburgensis, in Not. 1. über das Brandenb. R.
R. art. 48. in denen Meuteririen mag man da periculum
in mora seyn wolte die Thäter ohne allen Verzug in
flagranti delicto straffen/ damit man denen andern ein
Schrecken einjage. Et adiicit laudatissimus auctor ex-
emplum: Wie ich / inquit, in Königl. Schwedischen
Diensten Anno 1658. beym Kiel in Holstein selbst ge-
sehen habe / daß es von Obristen-Lieutenant Becken
geschehen/ und da Er darumb hernach von der Gene-
ralität sehr gerühmet worden. In criminis enim exor-
bitante, ut seditio militum est, processus moram gra-
vitas periculi non patitur. Franciscus Aviles in Tr. de Syn-
dicat.*

AC VARIIS DIFFERENTIIS.

15

dicat. Præt. c. i. n. 14. Ideoque appellatio, quæ in criminalibus apud Romanos locum habebat, in eorum persona cessabat, qui seditionum erant conciliatores vel duces factionum, quos damnatos statim puniri, publice intererat. *L. 16. ff. de Adpellat.* Dicta etiam poena capitis ad ^{3.)} admur-militem, absente commilitone suo, operas eius sube-
muranterunt, si propterea murmurationem seditionis insti-tuerit, merito extenditur in ^{propria vi-} Dem Braunschw. Lüneb. carias open- und Cell. *R. R. art. 44.* cuius verba commemoratione di-gna censeo, quod murmurationem diserte exprimant: Da auch ein Soldat über die Abwesenheit seines Cammeraden murren/ seine Dienste nicht verschen/ und des fals meuteriren wolte/ der/ oder/ die solches thun/ sollen die in dem vorhergehenden ^{Art.} Neul benennte Strafse ohnfehlbahr zu gewartten haben/ i. e. ohne alle Gnade an Leib und Leben gestraffet werden. Quamvis in hoc casu spes venia præcisa sit militi, pacis turbatori, sunt tamen alii, in quibus criminis sui gratiam & poenæ mitigationem delinquentes consequi possunt. Nempe si seditiosa murmuratio coorta fuit vel ex Ducum tribunorumque militum sœvitia vel ex nimia illorum erga milites conniventia, vel denique ex denegatione aut procrastinatione stipendiiorum aliorumque subsidiorum ^{Limit. de} vita, wann die Offiziere denen Soldaten ihren behörigten Sold/ Proviant/ Kleydung oder was sonst auf sie gegeben wird/ vorenthalten/ abkürzen/ verringern oder schmälern. Quo facto gregarios milites murmurare ac queri posse de stipendiis non solutis, aut vestibus non præstatis, decidit præter Caspar. Matth. Schwarz in *Flor. Spars.* über das Schwed. *R. R. art. 104.* DN. Gerhardus Feltmann *Repp. Milit. IV. n. 29.*

S. 7. In trepidis vero his rebus, an magistratui, sive Q. An in-superiori & rauente haec

16 CAP. I. DE MVRMVRATIONIS NATVRA

murmura- superiori sive inferiori; civili aut militari, officium suum
tione magi- resignare, atque ita a murmurante turba se liberare li-
stratui offi- ceat, idemtide disceptatur. Ad altiorem dubii inve-
cism ref- stigationem pertinet, conditionem personæ observare,
gnare lice- quæ officium magistratus resignare vult. Si enim cer-
at?

Reffb. Nig.

lum remotionis metuere habet, minus ei licita esse re-

Rat. 1.) ab signatio videtur. Nam vocationis ordo, utpote a iure
ordine vo- divino praescriptus, a nemine deserendus est. *i. Cor. VII. 10.*

cationis.

Hic vero in eo consistit, ut tam turbato, quam pacata

tempore Rempublicam gubernet magistratus. Iuvante

2) ab auxi- ipsum Dei providentia, in iudicio versantis cum ma-
lio divino.

gristratu *II. Chron. XIX. 6.* ut, vel eius intuitu, inconsultam

populi murmurationem æquo animo ferre debeat. Non

numquam differt Deus, non tamen penitus eventum au-
fert meliorem. Sic erudimur ex Sacris historiis, quarum

3) ab exem- duo exempla, unum Mosis, alterum Davidis, decisio-
plis sauelo- nem meam mirifice illustrant. Quis Mose afflictior e-
rham.

rat tot hominum obmurmuratione? *vid. §. 6.* Quis Da-

vide, sive exule, sive Rege, miserior, modo civium, mo-
do militum, murmurationi exposito? Quisque vero eo-

rum divini auxilii spe fretus, rebus secundis se servavit.

Obiect. Neque ad rem facit, quod obiciitur, interim saluberrima

negliguntur consilia, neque directæ ad Rempublicæ

salutem actiones quidquam proficiunt: e contrario odi-

um invalescit & maior invidia conciliatur. Ultero & in-

genue fateor, hæc cuncta ita comparata esse, ut quis,

indignitate murmurantium motus, officium suum ali-
quando resignare ausit. Alius autem magistratui debet

animus esse, Deo in his terris vicario. Sicut Deus, orbis
opifex, tam bonis, quam malis, imperat; ita magistra-

Solut. *tus, eumdem imitaturus, imperii clavum non abiiciat,*

tametsi

AC VARIIS DIFFERENTIIS.

17

tametsi civium murmure omnis Reipublicæ angulus repleatur. Et quoniam novit, imperium non otium, sed grave negotium esse, ideo quietis amore se non subducatur, sed porro faciat officium suum. Id quod tamen intelligere nolim de illis, qui ad avertendam Reipublicæ ruinam, ab officio suo discedunt; aut ob pravā administrationem vitamq; virtutis coopertam removendi sunt: aut ex conjecturis non vanis remotionem suam præfigire possunt, adeoque resignatione sua illam præveniunt: quoniam mali declinandi impetus, appetitus maxime naturalis est, vicemque boni in præveniente obtinere potest. Hugo Grotius de jur. B. & P. L. 2. c. XX. §. 29. & Lib. 2. c. XXIV. §. 5. B. DN. Ahaferus Fritschius in Tr. de Resignatione officiorum.

§. 8. Murmurationem in Republica commotam, ea excipit, quæ collegiorum pacem perturbat. Sane Monachorum claustra prius aperienda sunt, qui præ aliis se integrōs vita scelereque puros iactitant; nec tamen murmuratione vacare deprehenduntur. Etenim in c. alienus rum, 4. d. 90. alienus esse iubetur a fratum unitate, qui murmurat, & opus eius abiici, qui murmurans extiterit: ne pœna quorumpa nam murmurantium incurrat: de qua Apostolus dicit (Nog. na. 3.) a murmuratione monachorum, sicut quidam murmuraverunt, & perierunt ab exterminatore I. Cor. X.) Iuxta mensuram itaque operis peccator (quod in hac sententia Apostoli plenius declaratur) sacerdotis iudicio pœnitentia. Quo cum consentit c. s. d. 90. Qui contentiosus aut murmurans extiterit, secundum arbitrium Prioris tamdiu pœnitentia, quamdiu culpe qualitas extat. De murmuratione eiusque pœna canonica iam constat, saltim murmurandi causa latet, quam indagare consultum erit. Basilius M., qui, in libro de institutis Monachorum c. 42. priorem canonis huius partem enarrat,

C

paullo

18 CAP. I. DE MVRMVRATIONIS NATVRA

paullo post in c. 50. murmurandi causam in esca querit. Sic enim, Rufino interprete, penultima interrogatio citatis capititis se habet: *Si vero quis murmuret propter escam, que erga eum sententia servabitur? Resp. ea, que contra eos, qui murmuraverant in deserto.* Non inepta est coniectura, præsertim quod ieiunium monachorum non tam in abstinentia, quam in delectu ciborum consistit. Unde mirum non est, quod, eo deficiente, contra dispensatores suos murmurare ausint. Digna quoque essent, quæ de selecta Papicolarum ichthyophagia passim leguntur, hic conferrem, nisi inquis spatiis me exclusum esse animadvertam. Vid. B. DN. D. Jo. Adam Osiander in *Theolog. Casuist. P. 3. c. VII. q. 4.*

*De clericis-
rum contra
Pontificem
murmura-
tione.* §. 9. Longe autem gravior est ea murmuratio, qua Clerici suo Pontifici maledicunt. Quemadmodum enim læsa maiestatis rei sunt, qui Regibus aliquid sequius obmurmurant, uti Arnobius contra gentes L. 4. p. 150. luculentissime demonstrat; ita nullum est dubium, quin clerici Pontificem suum maledico murmure lacescentes, simile, aut ob prætensam personæ eius sanctitatem atrocius, crimen committant. Quod etiam colligere licet ex c. 1. X. de Cler. maled. ubi Pontifex Clemens III. iubet eos, qui in Romana Ecclesiæ, cuius & caput Pontifex est, & eam repræsentat, uti h. c. explicat Emanuel Gonzalez Tellez Comment. ad Decret. b. l. n. 9. depressionem & contumeliam clerici quidquam protulerint per suspensionem officii & beneficii, sublato adpellationis obstaculo, compescantur, ut poena illorum aliis terrorem incutiat. Neque minorum his poenam dictavit Concilium Aurelianense V. sub Pelagio I. congregatum c. 14. cum eiusmodi maledicos in monasterium detrusos aqua tantummodo & pane diebus singulis sustentari precipit, ut nec comam nec barbam facere

Pena.

presu-

præsumant, nec ad aram Domini penitus accedere eis permit-tatur. His quidem videtur obstare L. ult. C. si quis Imper-maled. Ubi talis linguae detractio, cui & murmur adfne esse, Henricus Canilius in Comment. ad h. cap. n. 4. tradit, quando hoc ipsum secreto sit, ut Principis absentis fama, quæ nervus obedientia est, laedatur, contemnenda & remittenda esse, sanctitur. Quamquam igitur ad Pontificiorum mentem dubii connexio vacillat, quod maior reverentia Pontifici, quam Imperatori debetur; nihilominus adhuc dislincione lis componi potest, inter maledicorum murmurationem, quæ ex iusto dolore aut temeritate, & inter illam, quæ ex mera animi malitia proficiuntur: quarum illa ut veniam impetrare, ita hæc pœnam exasperare solet. Quandoquidem qui ad Ecclesiæ aut Republicæ clavum assident, nec vindicant murmurantium maledicta, veterem remittendo iniuriam, novam provocant. Ceterum non deficiunt Pontifices, qui pari lenitate, atque Imperatores, maledicta remiserint. Ex multis unum adducere, in præsenti mihi liceat. Sic de Pio V. narrat ex Historicorum fide Augustinus Barbo-sa ad cap. 1. X. de maled. quod cuidam maledico gratiam delicii his verbis fecerit: *Abi liber, quo velis: ego vero hu-militatem generis mei, vita & habitus, semper & animo retinebo & libens confitebor, & ero vilis in oculis meis & abiectus coram Domino.*

§. 10. Ita se res habet cum monachorum murmu-ratione, sive illam inter se, sive contra ipsum Pontificem suscipiant. Nunc primoribus saltim labris tangere, quæ in ministrorum, Ecclesiæ Evangeliae additorum, colle-gio, præter omnem opinionem nonnumquam auditur murmurationi. Si enim ætate Pastoris ingravescente, labo-rum socius ei adiungitur, mox ille labia in murmurati-

Obiect.

Solut.

Q. An pa-stori senes-centi ob da-tum substi-tutum a Pa-trono Ecclesie murmu-rare liceat?

Neg.

onem Rat. 1.

20 CAP. I. DE MVRMVRATIONIS NATVRA

Rat. 2. onem resolvit: cum tamen hanc Patroni Ecclesiæ Prudentiam grato animo agnoscere debuisset. Meretur, quod in rem præsentem adscribatur Theologorum Lipsiensium Responsum apud Ludovicum Dunte in *Caf. Conf. cap. XVII. §. 2. qu. 23.* Darüber hat sich derselbe als ein emeritus nicht zu beschweren und zu murren/ sondern dafür zu danken. Und muß ein solcher Prediger gedachten/ daß die Gemeine nothdürftig wolle versorgt seyn/ und hat demnach mehr die Gemeine zu versorgen per alium, als sich selbst zu respectiren ursach. Quomodo autem minister Ecclesiæ contra collegam murmurantem se gerere debeat? sanctioris indaginis est quæstio, quam venerandis Theologis, utpote extra fines iurisprudentiæ positam, relinquo. Vid. Conradus Porta in *Pastorali Luiberi p. 372.* & qui eum sequitur DN. D. Georgius Henricus Hæberlin in *Spec. Theolog. Pract. P. Gen. §. XI. q. II.*

*De mur-
muratione
opificum.
Causa mur-
murandi
iustifica.*

§ II. Quod vero opificum collegia abundant murmurationibus, multæ eaque prægnantissimæ causæ sunt. Aut enim dura condunt statuta, aut irrationalibus in eis consuetudines permittunt. Sic volunt, ne unus ex opificibus id debeat perficere, quod alter cœpit. Hoc tamquam iuri & libertati commerciorum adversum reiciunt. Matthias Berlich *P. I. D. 26.* DN. Volckmar Bechman. in *Uf. ff. Pract. ad Tit. de Conf. Pr. O. 16.* Similis farinæ est, quando iniuriatum ab exercitio opificii sui abstinere iubent, donec iniuriam vindicaverit. Cuius summam iniquitatem expendit. B. DN. Brunnen. in *Comment. ad L. f. ff. de Colleg. & Corpor.* quam tamen non excusat. DN. de Lyncker. in *Dec. 323.* ubi inculpatum opificem e collegio eiendum esse, statuit. Nam casum exhibit de magistro opificii, qui non tam more recepto propter iniuriam, quam

quam ex iure retorsionis, quod idem statuerat in alios, electus fuit: idque a laudato auctore adprobatur. Præterea murmurandi occasionem præbet, cum, qui vitiam ab alio uxorem duxit, a collegio suo arcere volunt opifices. DN. Carpzovius *P. 2. c. 6. d. 14.* Evidenter B. DN. Mevius in *P. 5. Dec. 117. n. 1. in not.* putat, id pertinere ad disciplinam, & honestatem publicam, ut recipiendi in collegia opificum sint honestæ vitæ atque famæ. Huc I^cti Ienenses mihi respexisse videntur, eamdem opinionem amplexi apud DN. Volckmar Bechmann *I. c. 0. 15.* At plerumque ille disciplinæ externæ prætextus nimis in aliorum iniuriam & præjudicium extenditur. Qua de re consulendus est B. DN. de Seckendorff in *addit. des Deutschen Fürsten-Staats* §. 41. daß die Bastarde und die sich unkreisch verhalten / und etlicher geringer verächtlicher Leute Kinder nicht in die Zunft nehmen. Daß alles sind schlechte Nutzbarkeiten / welche den Zwang / monopolium und andere Ungelegenheit der Zünfte keineswegs ersezzen. Plura, quæ hoc faciunt, etiam congesit de jurisprudentia opificaria meritisimus DN. D. Adrianus Beier in *Tr. de Convitio opificum*, & DN. D. Jo. Tesmar. *de Lege irrationalib.*

§. 12. Ex dictis adparuit murmurationem modo delictum, modo delinquendi causam esse. Nihil itaque reliquum fere arbitror, quam ut hic quoq; ostendatur, murmurationem delicti indicium præbere. Præ certis autem Criminalistæ hue referre solent, cum alicuius uxor sine offensione aut contradictione admiserit, ipsius labium digito alicuius maris ita percuti, ut ex reflexione murmuratio quædam audiatur, quam Germani sibi recepta formula exprimere satagunt tamen Brummschlagen. Cum enim talis actus per se valde petulans,

4] a mura-
muratione,
que adul-
terii indi-
cium est.

20 CAP. I. DE MVRMVRATIONIS NATVRA

turpis & contemtibilis sit, utiq; personæ illi deditæ, in primis habita circumstantiarum consideratione & diversitate, adulterii haud parum exinde suspectæ fiunt, ut plenius ex Cothmanno probat David Döring T.3. Bibliothec. ICtor. v. adult. n. 121. Jac. Andreas Crusius de Indicis P.2.c. XI. n. 15. Neque ad rem pertinet excusatio, honesto se amore alterius uxorem prosequi, cum præter dicti actus turpitudinem præsumtio contra tales amoris nexum militat: quia aliter vicinus, aliter vicina amari solent. Nam illam amando illi, hanc amando nobis bona querimus, Thomas Hobbesius ait de Homine c. 12. tb. 8. Quare murmuratio ita descripta inter adulterii proœmia, quæ gradatim commemorat Accursius ad L. 23. ff. ad L. Jul. de adult. adhuc collocanda erit. Præterea murmurationem inter remota delicti indicia referri posse, notum est, si (1.) de levi homine sit, cuius existimatio laborat (2.) si cooperit non ab inimicis & levibus, sed ab honestis & fide dignis Vid. Ord. Cr. Caroli V. art. 27.

§. 13. Sed hæc quidem de murmuratione, quæ vel delictum in se continet, vel eius indicium est, mihi sufficient. Reversus ad propositum meum, convenientissimum ei fore arbitror, si paucis divisionem murmurationis expendam. Dividitur autem ratione modi in expressam, quæ claris; tacitam, quæ paullo obscurioribus verbis instituitur, de posteriore agit. B. Georgius Frantzkius L. 2. Resol. 15. n. 20. Jo. Franciscus Balthasar de Oper. subdit. c. 9. p. 215. Ultraque ratione causæ iusta est vel iniusta; illa superioris iniuriam avertit; quam hæc in ipsum committit; illius in posterum declarationem suscepturus sum; huius vero in praesenti capite habui rationem. Si vero exemplum desideretur, quod iusta tacitæque murmurationi conveniat, antequam progrederi longius, a vidua

*Divisio mur-
murationis
1.) ratione
modi*

*2.) ratione
causæ.*

a vidua defumitum erit. Quot ei misitando iniuriæ de-
vorandæ sunt? quot calumniæ silentio ferendæ? vidua
est, cui contra inimicos non loqui aperte, sed murmu-
rare tantum licet. Atque hæc de natura & divisione
murmurationis: nunc proximum est, eius causas scruti-
tari.

CAPUT II.

DE

MVRMVRATIONIS
CAVSIS IVSTIFICIS.

SUMMA.

Selectus causarum habendus est,
que ad murmurationem spe-
llant.

Prima est fuga novitatis.

Contra innovantem militat pre-
sumtio.

Rat. 1.) ob antiquam observanti-
am, quam subditi pro norma
publicorum onerum habent.

Aitque hec confirmatur parimetex
Iure Romano parium ex iure
Brunovicensi.

Quot anni, & quales actus obser-
vantiam constituant? remissive.

2.) ob sufficienciam præiudicij.

Nova onera sunt nova libertatis
pericula.

3.) ob miseram plororumque sub-
ditorum conditionem.

Quo igitur quis residue libertatis
est amantior, eo ad murmura-
tionem sit prænior. §. 1.

Altera murmurandi causa est
nimia exactio,
tributorum,
operarum.

Que vitanda tam ob periculum
ſeditionis, quam propter offici-
um boni imperantis.

Exemplis, a Regibus Israëlitarum,
Hispanorum & Hungavorum
petitis, illustratur. §. 2.

De operarum excessu agitur, variis
modis commissio

(1.) in exemptione quorumdam
prediorum.

Operæ non particulares sint, sed
universales.

An nobiles, predia rusticæ emen-
tes, ab operis ea liberent? Neg.

Rat. a) quia sunt onera realia.

b) ab expressa dispositione Le-
gum provincialium e. g. Vi-
nariensium.

Nobilitas

NON. I. 2

Nobilis in Ducatu Magdeburgico
& Principatu Anhaltino sine
Principis permisu pradiarau-
stica emere nequit.

Ratio, ne qualitas serviendi eis
admiratur.

(2.) in extensione temporis.

Diurnum, non nocturnum offici-
um sunt opera.

Limit. a) a consuetudine,
b) a pacto subditorum,
c) a publica necessitate.
(3.) in impositione operarum il-
licitarum. §. 3.

Obiiciunt alii

(1.) operas dari indetermina-
tas: Ergo illarum excessum non
posse murmurandi causam esse.
Resp. Civiliter intelligende sunt
tales opere.

Incertae sunt; non tamen infinitae.
Ergo solitae, non insolitae esse de-
bent.

Q. Quomodo indubio opere et-
iam certa intelligende sunt?

Resp. Restritive, non demonstra-
tive. §. 4.

(2.) operas indeterminatas ar-
bitrio Domini commissas esse:
Ergo in illis exigendis exces-
sum non dari.

Resp. Arbitrium domini ad equi-
tatem redigendum est.

Erhardi & Balthasaris opinio
refutatur.

Q. Cui facultas determinandie eo
casu conveniat?

Resp. Non Dominis, quia aetoris
vices sustinent; sed independen-
ter Principi, dependenter
iudici.

In determinatione attenditur
1. consuetudo loci,
2. possessio prediorum,
3. vite conditio,
4. alia onera. §. 6.

Tertia murmurandi causa est o-
perarum mutatio.

Accidit (1) per translationem de
loco ad locum.
(2) per electionem Domini in
alternativa operarum obliga-
tione.

Ubi opere debentur alternative
non Dominorum, sed subdito-
rum est electio.

Ratio, quia in alternativa rerum
electio semper est debitoris.

(3.) per operarum auctionem
specie,

mutata,
manente.

Operas vectorias non civibus, sed
rusticis convenire, demonstra-
tur. §. 6.

Q. An opere cedi possint?

Rat. adf. 1.) quia predo coha-
rent, 2.) quia fructus sunt iu-
risdictionis.

Limit. 1.) Nisi cessionarius sit vir
acerbus.

2.) domicilium aut preedium ha-
beat longe remorum.

§. I. Non

§. I.

Non opera nullum erit pretium, quæ causæ sint
murmurationis, paullo accuratius examinare. Cum
vero cogitanti plures mihi sese offerant, quam
fando adsequi possum, Hinc de iis tantum, quæ ad im-
pediendam præscriptionem proprius accedunt, distinctius
agendum esse, mecum constitui. Prima omnium vide-
tur fuga esse novitatis, quæ mortales præcipue commo-
vet, ratos, antiquissimum ut verissimum, ita æquissimum
esse. Quapropter militat contra eum præsumtio, qui in-
novare vult, cum novitates sint per se odiosæ. Hierony-
mus Cephallos C.583, n. 34. & semper discordias pariunt.
Ex eadem causa accidit, ut contra exigentem novas ru-
sticorum operas in dubio respondeatur, quasi per vim
& compulsionem extortæ fuerint. *Lun. C. de oper. a collat. exig. in lib. X. B. DN. Jo. Brunneman. Comment. ad b. I.*
Caspar Klockius de Contribut. c. 2. n. 42. Merckelbach ap.
Klockium Conf. 5, p. 86. Jo. Andreas ad c. 1. X. de Prescript.
Huc tendit Imperator in L.23. pr. C. de agric. & cens. dispo-
sitione sua: *caveant possessionum domini, in quibus tales*
coloni constituti sunt aliquam innovationem vel violentiam
illis inferre. In operis enim antiqua rusticorum obser- *Ratio 1.)*
vantia das alte Herkommen maxime spectatur, ut ne propter an-
quidem ab illa recedere liceat, nisi quis inventis operis tiquam ob-
novis rusticos ad murmurationem invitare velit. Ita servantiam
quoque decimus reperitur in dem Land-tages Abschied
Ducatus Brunovicensis de anno 1597. S. 1. his verbis: *Die*
Dienste sollen bleiben / wie sie vor Alters herge-
bracht. Etsi igitur operarum definitio ex libris domi-
norum, aus denen Erb-Frohn Büchern. DN. de Lyncker
in Dec. 844 probatur, non tamen illarū mod⁹ ex investitura,
sed ex recessibus provincialibus & antiqua observantia pe-

*De causis
murmura-
di: quarum.*

*Prima, su-
ga novita-
tis.*

D tendus

tendus est. DN. de Lyncker *Dec. 859.* Utrum vero certa designatio, annorum, an sola actuum uniformiter gestorum probatio ad hanc observantiam requiratur; longioris omnino disputationis est, quam ut hic expediri possit.

Vid. B. DN. Ahasverus Fritschius. *in Tr. de Jure Pagor.* c. 8. Jo. Franciscus Balthasar de Oper. *subdit.* c. 11. Mynsinger. c. 6. O. 42. Wehner. *in O. P. lib. V. verb.* von Alters. DN.

Schottelius *in Praef. de Singul. Germanie Jur.* Instituto enim meo, utram quis elegerit opinionem, parum officit.

2) ob *suspicio-* In primis, quod nova onera, in operis plerumque susti-
cione *empre-* nenda, ideo apud subditos murmurationem excitare so-
indicii. ient: quia praetudiciti & fraudis suspicione imponentem

arguunt, nondum causa ipsorum satis adparente, quasi ad oppressionem subditorum illa excoxitaverit. Acce-

3) ob *adphi-* dit rusticorum conditio vitae, licet ex statuto, moribus,
etiam rusti- & pactis, singulorum locorum mirum in modum variet.
corum con- Hermannus Vultejus *de Feudis L.1.c.4.num.7.* Jo. Cöppen
ditionem. *Illustr. qu.13.n.1.* nihilominus in ea sorte omnes conveni-
unt, quod hodierni etiam rustici, quantum ad operas at-
tinet, pene servorum loco habeantur. B. DN. Mevius in

Tr. von Abfolge der Bauersleute Qu.1. Andreas Gai-
lius *de Pignor. O. 8.* Vldaricus Zalius *L.1.Singul. Responf. c.3.*

n.67. Fridericus Husanus *de Homin. proprie. c. 6. n. 24.* Quo
igitur amantiores sunt libertatis subditi, eo facilius ad

murmurationem excitantur, cum in dies nova onera si-
gnificantur.

§.2. Altera murmurandi causa est nimia tam tribu-

Altera cau- torum, quam operarum exactio, in quam non segniter
sa est *nimia* inquirens, satis superque deprehendi, Principem aut no-
operarum bilem, alienis inhiantem, propria bona amisisse. Nulla
& tributor. enim re adeo animi subditorum ad odia stimulantur, at-
exactio. que ex odiis ad murmurationem concitantur, quam in
dies

dies gliscente graviorum onerum impositione. Quibus ita oppressis adficta fides in pace & spes in rebus turbatis est, ideoque ea persvassione inducti, quod nascens malum facilius, quam inveteratum averti poslit, defectionem ipsam moluntur. Sic alia causa non erat defectionis decem tribuum Israels a Roboamo Rege, quam populi per operas & tributa oppresio I. Reg. XII. II. Chronic. X. Neq; ab Hispanorū Rege, Philippo II. se Belgæ separassent, nisi Dux Albanus omnium rerum decimam partem exegisset. Chyträus in Cbr. Saxon. L. 21. Similiter Ungari Matthiam Corvinum destituerunt in medio regni cursu, quod exhausto per longa bella ærario, ad nova tributa configureret. Antonius Bonfinius in Dec. rer. Hungar. 3. L. 8. Et rusticorum bellum in Thuringia ex eadem causa orum esse, testatur M. Zacharias Rivander in der Düringischen Chronic ad ann. 1529. Ut nunc alia, eaquæ recentiora, exempla, quæ in tali materia deesse non possunt, siccō pede transeam. Quare in operis tributisque exigendis bonum pastorem imitentur imperantes, cuius est, pecus sondere, non deglubere, nisi contra naturæ instinctum velint in propriam ruinam properare.

§. 3. Excessus autem operarum variis contingit modis, primo si non sunt universales, quia ut prædio co-hærent operæ; ita a quolibet possessore præstandæ sunt. Id ipsum expressè dispositum legitur in der Weimarschen Landes-Ordnung Tit. 36. Dass die vom Adel erkaufften Bauer-güter denen Diensten und Beschwerden verhaftet blei- ben. Res enim transit cum onere suo. L. 16. C. de remissi prædia ru-pign. l. 2. C. de distr. pign. B. DN. Brunne man. ad L. 2. C. de stica emen-priv. tibus, ea ab

Quot mo-

dis excessus

operarum

committa-

tur?

i.) in exem-

tione pre-

diorum.

Q. An tice-

at nobilibus

præ-

diorum.

operis libe- priv. Dom. Aug. L.f. C. de exact. trib. Caspar Klock. de Con- rare?

tribut. c.14. Jo. Otto Tabor de Metat. p.m.97. Atque adeo hodiernæ praxi dicta hæc sententia congruit, ut quibusdam in locis nobiles sine speciali Principis sui permisso rustica prædia emere prohibeantur, ne forte illorum qualitas serviendi in damnum domini & reliquorum subditorum successu temporis mutetur. Huc respexisse videtur die Magdeburgische Policey Ordnung c. 26. §. 7. Die Aecker/Wiesen/und andere liegende Güter/darauf Dienst oder andere Pflichten stehen/sollen bey Verlust derselben/zu Dienst- und Unpflichts-freien Hussen oder Höfen nicht gelegen oder gekauft werden. Addatur Ordinat. Polit. Anhalt. Tit. von Bauergütern. Deinde

2) in exten- excessus etiam committitur in tempore, si quando ope- sione tem- ræ nocturnæ imperantur, quas regulariter non deberi, poris. religiosus non minus, quam juris callentissimus DN.

Brunnemann demonstrat ad L. 18. ff. de Oper. libert. Cum diurnum sint officium L. i. & 3. ff. de Oper. liber. Ergo per diem præstentur de mane usque ad vesperam. B. DN. Zigler, ad Prax. Calvol. §. Nobiles. n. 151. Et eleganter Gaius ICtus in L. 22. §. f. ff. de oper. libert. præscribit, ut temporis spatia, qua ad corporis curam necessaria sunt, libertis (subditis) relinquantur. Gemina habentur in L. 50. §. 1. ff. de oper. libert. Inde meridiano tempore adquiescere die Mittags Ruh halten permisum erat. L. 26. pr. ff. de oper. libert.

Exceptiones de operis nocturnis. aut ob publicum periculum necessariae, e. gr. in bellis gis.

Excipiendi tamen casus sunt, si tales operæ consuetudine legitima introductæ, aut pacto conventæ, daß sie die Straßen bereiten. Matthias Coler. Dec. 180. Daniel Möller. in Comment. ad Const. Sax. s. 1. n. 2. Jo. Francisco Balthasar de oper. subd. c. 23. Denique operarum

3) in illis. excessus a Dominis committitur in illicitarum impositi- one.

one. Nani ista demum impositæ intelligentur, quæ si-
citarum
ne turpitudine & vita periculo præstari possunt. L. 38. ff. *impositione*
de oper. libert. Hermannus Stamm *de Servit. Personal.* L. 2.
c. 6. n. 10. Sævitiae vero specimen est, daß die Unterthanen schändliche Dienste oder gar mit Lebens-Gefahr vollbringen sollen. Quo casu mandata sine clausula contra nobiles impetrare rusticos posse, nullus dubito, secundum ea, quæ tradit, Petrus Friderus *de mandat.* L. 2.
c. 34. §. 8. seqq. Quisque enim Princeps inhibere debet, ne potentiores viri humiliores iniuriis adficiant aut innocentes opprimant L. 6. §. 2. ff. *de Off. Pref.* Illustris DN. Strykius *in Disput. de abusu iuris questi.*

§. 4. Satis de operarum excessu, in quo altera murmurandi causa latuit, dictum est. Verum dubiaæ quorundam rationes mihi, ad alia progressuro, moram iniciunt. Ex multis hanc in medium proferre liceat: Operas indeterminatas, ungemeßene Dienste/dari: Ergo *Obi. 1. de ob-*
excessum non posse murmurandi causam esse. Sed tales *peris inde-*
operæ civiliter intelligendæ sunt, quales æquitatis regula permittit, ne vires ac fortunæ subditorum penitus *terminatio.*
exhauriantur. Neque enim eo sensu vocantur indeterminatae, quasi in infinitum extendi possint, sed quod *Solut.*
nullo tempore & modo circumscriptæ, ac toties in anno præstari debeant, quoties a dominis exiguntur. B. DN. Brunnemann *in Comment. ad ff. L. 30. de oper. libert.* Andreas Gailius 2. O. 62. Caspar Klockius *de Contribut.* c. 2.
n. 54. ut tamen eatenus moderata sit dominorum exactio, auff daß die Unterthanen und Dienst-Leute wieder Möglichkeit nicht beschweret / auch ihnen / sich selbst / Weib und Kind zu nähren / Zeit / Weil und Gelegenheit gelassen werde. Quare forensis experientia quemque docet, ad operas indeterminatas obligatos non

quaslibet, sed solitas præstare. DN. de Lyncker in Dec. 545. & 608. quod in universum opera rusticorum sunt stricti iuris. B. DN. Carpzovius in P. 2. c. 52. d. 6. & L. 7.

Q. Quo-
modo in
dubio ope-
ræ etiam certæ intel-
ligendæ fuit?
Obl. 2. de o-
peris arbi-
trio Domini
commissis.

Q. Quo-
modo in
dubio ope-
ræ etiam certæ intel-
ligendæ fuit?
Obl. 2. de o-
peris arbi-
trio Domini
commissis.

Solut.

§. 5. Præterea hæsitantem me reddit hæc ratio: Operas arbitrio Dominorum commissas esse, so off die Herrschafft der Unterthanen gebrauchen wolte. Ergo in exigendis operis domini excedere nequeunt, multo minus murmurandi causam præbere. Sed quamquam Jon. Euch. Erhardus de Oper. ruf. cl. 23. eumque impigre fecutus Jo Franciscus Balthasar de Oper. subisd. c. 12. istud

pactum subditorum cum domino invalidum pronunci-
ant per L. 35. §. 1. ff. & L. 13. C. de Cont. E. V. mihi tamen
hæc sententia eo minus se probat, quo clarius adparet,
modo dicta formula nihil conventum esse ultra indeter-
minatas operas. Ac proinde dominorum arbitrium, cui
commisæ sunt opera, ad laudatam æquitatem iterum
redigi debet, de qua in præcedentibus verbose disserui.
Maxime vero expedit, operas ita indeterminatas, tum
ad evitandam rusticorum murmurationem, tum ad com-
modius obeunda rei familiaris negotia, quantocyus fieri

Cui facul-
tas deter-
minandi o-
peras con-
veniat?

poteſt, determinare. Evidem ab ipsis dominis deter-
minatio fuſcipi nequit, quia in tali caſu non iudicis, ſed
actoris vicem ſuſtinent. Carpzovius L. 1. Resp. 94. Unde
illam determinandi facultatem der hohen Landes Obrig-
keit tribuit. Besoldus Cons. 189. n. 20. & ſane conſtat, ſibi
Electorem Saxoniae in terris suis eamdem reservasse No-
viss. Elekt. August. P. 2. c. 52. In ipſa autem determinatio-
ne o-

CAVSIS IVSTIFICIS.

31

ne operarum diligenter attendenda est (1) consuetudo loci, quantas alii eiusdem loci & generis homines operas præstent (2) prædiorum possesio, cum pro quantitate illorum opera distribuenda sint. (3.) vitæ conditio & sustentatio, ut tantum tempus subditis indulgeatur, quo sibi ipsi vietum quærere possint. (4.) onera, quibus alias obstricti sunt. Opera enim ita exigenda, quo & aliis oneribus ferendis sufficient. Meyius in P. 4. Dec. 133.

*Quomodo
determina-
tio opera-
rum fieri
debeat?*

§ 6. Tertia nunc succedit murmurationis causa, *Tertia cau-*
qua in operarum mutatione deprehenditur: ideo sub- *sa et muta-*
tio opera-
ditis exosa, quod cum antiqua observantia minus con- *rum.*
veniat, quam velut pro regula onerum suorum subditi
estimant, quemadmodum sub initium huius capitis pro-
batum ivi. Accidit vero illa mutatio variis ex causis,
præcipuas tantum indicare, necessarium erit. Quod si
enim de loco ad locum transferantur, Wann ein Edel-
mann zwey Rittersize hat und wolte die Dienste von
einem auf dem andern verlegen/aut si in bonis feudali-
bis illis uti non cupiat, ad allodialia eas adhibuerit. DN.
de Lyncker Dec. 298. nisi operis translati subditorum con-
ditio non fiat deterior. DN. de Lyncker in Dec. 1442. De-
inde cum subditi alternative obligantur, ad operarum
vel pecuniae præstationem, domini vero electionem sibi
arrogant, murmurandi subministrant occasionem: quia
manifesti iuris est, in alternativa rerū obligatione electionē
esse debitoris: subditi autem hoc casu debitores exi-
stunt: Ergo dominus ius eligendi eis auferre non po-
test. B. DN. Carpzovius L. 1. Resp. 12. Porro cum augen-
tur, vel mutata, vel manente, earum specie, quum invi-
tis subditis hoc suscipi nequeat. Carpzovius L. c Resp. 16.
quia ne quidem natura subditis inharent, verum pactis
& conventione debentur. B. DN. Georgius Frantzkius

*Quibus
modis fiat
mutatio?*

II. Resol.



32 CAP. II. DE MVRMVRATIONIS

II. Resol. 15. n. 25. In primis autem id procedit in determinatis operis, in denen gewissen/ gesetzten und gemessnen Diensten/ quæ in alias mutari & extendi non possunt per L. pen. C. de agr. & cens. B. DN. Carpzovius L. 1. Resp. 154. Sic opera vectoriae die Vorspann: Frohnen/ quæ rusticorum sunt, a civibus male exiguntur. DN. de Lyncker. Conf. CXIII. n. 93. 94. quia non tenentur subditi ad alias, quam ad quas illi se pactis obstrinxerunt. Iccirco operarum debita non ex investitura petenda sunt. DN. de Lyncker Dec. 899. sed ex recessibus, observantia, nec non ex libris domini, daß die Hand- und Acker-Frohnen nach der Specification in dem Erb-Buch geleistet werden.

An cessio o-
perarum li-
cita sit?

Rationes
aliorum.

Deciso.

§. 7. Ad mutationem referri potest cessio operarum, acri multorum disceptatione defensa: vel quia opera non tam personæ, quam prædio cohærent. Matthias Colerus de Process. Execut. P. 1. c. 9. n. 91. idque per rusticum forensem illustrat DN. de Lyncker Dec. 813. vel quia fructus sunt minimum bassæ iurisdictionis. Jo. Francisco Balthasar de oper. subdit. Decisio. cap. 7. Quibus tamen non obstantibus, persuasissimum mihi habeo, cessionem operarum sine discrimine non permittendam esse, aut si quando permittratur, iustificam murmuracionis causam fore. Cum facile accidat, cessionarium esse hominem nimis acerbum, qui in exigendis operis modum nullum teneat, aut longe dissitam habere domicilium, quod sine maximo subditorum detimento summaque viæ molestia adiri nequeat L. 20. §. 1. L. 21. ff. de oper. libert. Quare tunc ipsa aequitas suadet, ne ipsis causibus subditi ad operas cessionario præstandas adstringantur, sed potius liberentur. B. DN. Mevius von Absfolung der Bauern-Leute Q. 2. n. 94. Fridericus Husanus

CAVSIS IVSTIFICIS.

33

nus de Hom. Propr. c. 6. n. 89. Alias autem murmurandi causas, quæ scopum meum non feriunt, lubens prætereo, ut eo citius ad ultimam dissertationis meæ partem perveniam.

CAPUT III.

DE

MVRMVRATIONIS EFFE- CTV QVOAD IMPEDIENDAM PRÆSCRIPTIONEM.

SUMMA.

Prescriptione operæ aliaque onera contra subditos adquiruntur.

Dubia tantum est temporis determinatio.

Aliqui longi temporis prescriptiōnem adlicant.

Ratio eorum est, quia opere sunt servitutis species.

Nonnulli longissimi temporis prescriptionem eligunt.

Rat. ut a probatione tituli prescribentem liberent.

Examine utriusque sententie suspeso in re presente concluditur:

Murmurationem sive expressam sive tacitam impedit omnem prescriptiōnem. §. 1.

Rat. i.) quia excludit titulum.

Nova igitur ac insolita onera si-

ne titulo prescribi nequeunt.

Excipitur (a) vi homagii subditos ad hæc onera tenēri sine titulo.

Resp. Homagium ad ordinaria & solita, non ad extraordinaria & insolita constringit.

(b) Immemoriam temporis lapsum esse loco tituli.

Resp. In rebus indifferenteribus, non autem in rebus inquis. In quibus temporis quoad acquisitionem iuris nulla efficacia est.

(c) Ex patientia & usu nasci titulum in rebus incorporalibus.

Resp. Distinguendum inter patientiam veram & simulatam.

Deinde facilior est prescriptio privati contra privatū, quam imperantis contra subditos.

Demique murmuratione incidente

E

in

34 CAP. III. DE MVRMVRATIONIS EFFECTV

in operarum exercitium omnem
patientie effectum impedit.
Rat. 1.) quia violentia Domini eff
gravamen continuum.

2.) quia murmuratio est species
contradictionis extrajudicia-
lis.

3.) quia non valenti agere nul-
la prescriptio currit. ita au-
tem se habet cum subdito.

Lopezii iusta reprehensio lauda-
tur. §. 2.

II Quia turbar in quasi posses-
sione.

Ubi quieta non est possessio, ibi
nulla procedit prescriptio.

Excipitur, de onerum & opera-
rum executione.

Resp. Non ex debito, sed preca-
rio facta est.

Subditorum patientiam in posses-
sorio sive summario, sive or-
dinario non prodeesse dominis,
probatur.

Patientiam veram ad posses-
sionem iurium necessariam esse,
demonstratur.

(1.) ratione

(2.) ordinatione Policie
Magdeburgicae. §. 3.

III. Quia in mala fide consti-
tuit.

Rat. a definitione m. f. peccata.

Excipitur, Dominos habere po-
testatem a Deo & Legibus.

nera imponendi subditus: Er-
go in mala fide non constitui
per murmurationem.

Resp. Nisi terminos eius excedant
ratione modi, obiecti aut finis.

Omnis prescriptionis fundamen-
tum esse bonam fidem, proba-
tur iure Canonico

Germanico, in specie
Magdeburgico.

Neque longissimi temporis, neque
immemorialis prescriptio exi-
mitur.

Paciani testimonium commenda-
tur. §. 4.

Sequuntur obiectiones, quarum
(1.) Murmuratio est subdito-
rum quasi protestatio: Ergo
operarum indebitarum exse-
cutio ei contraria illam infir-
mat.

Resp. Distinguendum inter actum
& agendum intentionem, que
ex duobus malis minus eligens,
in hoc cum preiudicio non con-
sensisse videtur.

Executione itaque operarum non
tam facienti, quam cogentius
imputanda est.

Testimonium DN. Harprechtii ad-
ducitur.

Mevii dispensus cum hac senten-
cia conciliatur.

Murmuratio enim non tam sub-
sequens, quam incidens quoad
operarum

V QVOAD IMPEDIENDAM PRÆSCRIPT.

35

operarum exsecutionem tollit
dominorum præscriptionem.

§. 5.

(2.) Murmuration, licet titulum
excludat; tamen præscriptio-
nem impedire nequit: quia ut
servitutum; ita operarum pre-
scriptio sine titulo procedit.

Resp. Neque servitudes sine titu-
lo prescribuntur.

Rat. (1.) quia rebus immobilibus
comparantur, in puncto pre-
scriptionis.

(2.) quia nusquam in iure quo-
ad titulum prescribendi exci-
piuntur.

A. Stravio & DN. Bonaventu-
ra Frantz obiecte Leges sol-
vuntur.

Lex quidem 10. ff. si servit. vind.
de servitute adquisita expli-
catur.

Lex vero 2. C. de servit. per ana-
logiam iuris cum dicta senten-
tia conciliatur.

Q. An quasi possessio iurium re-
levet ab onere probandi titu-
lum? Neg. §. 6.

(3.) Metus reverentie est pars
obedientiae: Ergo subditi ex-
eo operas praestantes, tametsi
murmurent, præscriptionem
impedire non possunt.

Resp. Nisi in metum violentie de-
generet.

volu. (2.)

Unde procedens murmuratio vi-
tiat omnem Domini putativam
possessionem.

Explicatur textus iuris Saxonici
oppositus.

Nempe non de virio possessionis,
sed de tituli defectu in posse-
sore agit. §. 7.

Adplicatio ad præcipuos casus
hic subiicienda est, quorum
1.) De Protelatore, contra cientes
suos ius collectandi prescri-
pturo.

Quorum murmuratio præscripti-
onem impedit

(1.) quia cliens est socius, non sub-
ditus,

(2.) quia metu insto compulsa
magis dissentit, quam conser-
tit.

(3.) quia species protestationis est
murmuration.

Hugonis Grotii pusillanimitas re-
prehenditur.

Paciani & Mathie de Afflictis
consensus cum opinione nostra
ostenditur. §. 8.

2.) De Principe, tributa extraor-
dinaria contra subditos pre-
scripturo.

Quorum murmuratio etiam ini-
pedimento est.

Rat. 1.) quia proportio tributo-
rum cum necessitate est anima
illorum.

E 2

2.) quia

36 CAP. III. DE MVRMVRATIONIS EFFECTV

2.) qui pro defensione Republicæ
in periculu adductæ solvuntur.

3.) quia murmuratio est contra-
dictio extra judicialis.

Cause huiss murmurationis in-
stifite.

(a) destinatio tributorum ad ali-
um finem.

(b) inegalitas eorum impositio.

(c) adplicatio ad res steriles.

Exemplum de maritagio expen-
ditur.

Q. Cur tributum ein brummens
der Beer adpelletur? §. 9.

Q. An subiti ad iuratam bo-
norum professionem citati
murmurare possint?

Adfirmantem sententiam defendit
Rövenstrunck; ob periculum
periurii.

Consilium etius de professione sub
comminatione pene examina-
tur.

Negantium sententia prefer-
atur

(1.) quia vacillanti hominum
fidei obicem ponit fortiorum.

(2.) quia cum Legibus Romanis
et Germanis convenit.

(3.) quia fori observantia ni-
titur.

Cauela DN. Carpzovii de iura-
meto credulitatis laudatur. §. 10.

Ratio connexionis et repetitionis.
Transitus ad casum.

3.) de Nobili, operas insolitas con-
tra ruficos prescripturo.

Rat. Quia cum murmurant pro-
testantur.

Rationes superiores repetuntur.
Ruficorum exceptio contra has
operas examinatur, et tam-
quam periculosæ reiicitur.

Occasio periculi ex devolutione
oneris probandi, sub quo fa-
cile succumbere possunt

ob presumptionem pro do-
mino
amissionem instrumento-
rum

mortem testium.

Formula sententianandi in hoc
casu. §. 11.

4.) de consuetudinis prescriptio-
ne tractat, per murmuratio-
nem impedita.

Rat. 1.) quia consuetudo per a-
etus liberos, non metu extor-
eos introducit

2.) quia in murmurante, tamet-
si agente secundum mores, de-
ficit animus introducendo con-
suetudinis.

Obiect. Contradiccio invat, non
impedit prescriptionem con-
suetudinis: Ergo nec murmu-
ratio, que illius species est.

Resp. Distinguendum est (1.) inter
consuetudinem introducendam
et introducendum

(2.) inter

V QVOAD IMPEDIENDAM PRÆSCRIPT. 37

- (2.) inter contradictionem iudicialem & extra iudicialem.
Ubi consensus tacitus, ibi titulus prescribende consuetudinis deficit.
- Laudatur DN. Schambogen sententia.
- Limit. quod magis in populari, quam Monarchico statu procedat.
- Schraderi testimonium adseratur.
- Q. An murmuratio novae legis introductionem impedit posse?
- Resp. Neg.
- Rat. 1.) quia lex invitis datur.
2.) quia murmuratio hoc casu species resistentiae est.
- Obiect. De acceptatione subditorum.
- Resp. Illa non est necessaria, quia aetius subditorum legem confirmare nequit.
- Ampl. Ad maiorem civium partem, que murmurat.
- Francisci Suarezii opinio limitatur.
- 1.) quoad tempus præscriptionis
2.) per patientiam Principis
- 3.) adhibita distinctione inter legem iustum & iniustum.
- §. 13.
- Ratio connexionis indicatur, quantum attinet ad casum.
- 5.) De Prescriptione debiti, quam murmuratio creditoris impediret.
- Rat. (1.) quia debitor in mala fide est.
- (2.) quia negligentia exigendi in creditore, compensatur cum negligentia solvendi in debitore.
- Ergo cessat pena negligentie.
- (3.) quia ex Germanorum mente creditoris murmuratio est extra iudicialis interpellatio.
- Egregius DN. Cothmanni hac de re testimonium inseritur.
- Heres tamen debitoris prescribere potest. Ratio, quia mala fides defuncti virium personale est.
- Limit. Nisi ipse heres debiti conscientia fuerit.
- Conclusio. §. 14.

§. I.

Expediti iuris est per præscriptionem operas, aliaq; De adquisitione opera-
onera, a subditis adquiri. L. 20. pr. C. de agr. & censi-
tione opera-
rum per
lib. XI. Quæ opinio adeo legum interpretibus pla-
ceret, ut in definiendo præscriptionis tempore saltim flu-
ctus moveant. Io. Franciscus Balthasar, de Oper. subdit. c.

38 CAP. III. DE MVRMVRATIONIS EFFECTV

9. p. 193. seqq. Caspar Klock. de Contribut. c. 2. n. 46. Thom.

Controver-
sia de tem-
pore pre-
scribendi. Maulius de Homagio T. 4. n. 2. Sunt, qui longo tempore illas præscribi arbitrantur, ea imbuti ratione, quia ope- ræ sunt species servitutis. At quælibet servitus longo tempore, hoc est, decem inter præsentes, viginti annis inter absentes, præscribitur. L. ult. C. de prescription. long. temp. L. 1. C. de Servit. cum, rebus immobilibus eamdem accenseri, certum sit per L. 3. §. 5. ff. de reb. eor. qu. sub tut. L. 10. §. 1. ff. de usuc. & usur. Nonnulli lapsum longissimi temporis, triginta annis circumscriptum, exigunt, per L. 23. §. 1. C. de agr. & cens. lib. XI. L. 6. C. de fund. rei priv. Lib. XI. der Landtages Abschied Ducatus Brunovicensis de anno 1597. §. 1. 2. eo conduceat, ne titulum possessio- nis suæ domini per longas ambages probare debeant. B. DN. Mevius Tr. von Abfolgung der Bauers-Leute

Interesse e- qu. 2. n. 134. Ex tanta enim subditorum patientia in præ- ius ex alio- standis operis titulum pro donato præsumi contendunt rum. men- ex L. 5. C. de Prescript. longiss. temp. L. 8. C. de Prescript. 30. te. vel 40. ann. Inter has igitur discrepantes sententias, de

Adsertio Adsertio de impedi- mento mur- murationis, Rat. I. ab exclusione tituli. Quarum veritate inferius agam, id quidem mihi liqui- dum esse videtur. Quemadmodum opera & reliqua sub- ditorum onera adquiruntur præscriptione; ita hæc mur- muratione sive expressa, sive tacita, impediri possit.

§. 2. Murmurationis enim excludit titulum, sine quo tamen novorum aut insolitorum onerum præscriptio eo minus procedit, quo maiorem quamdam isthæc præ se ferunt servitutis speciem, uti liquet arg. L. 4. ff. si quis a parent. manumiss. L. 10. ff. de obsequ. par. præst. L. 26. §. 12. ff. de condit. indeb. Subditos vero omnes, maxime illos, qui honestioris ac liberioris sunt indolis, in censem ser- vorum referre a moribus Germanorum alienum est.

Exceptio(a) ab homagio Quamvis contra ipsos militare videatur, quod ratione subiecti-

V. QVOD IMPEDIENDAM PRÆSCRIPT.

39

subiectionis & vi præstiti homagii ad onera operasque cuncti in Republica subditi constringantur: adeo, ut, qui ab eis prætendat vacationem, illam legitimis modis probare teneatur *c. 7. pr. de Privilegi. in 610.* Nihilominus quoque concedendum erit, hanc obligationem valere de ordinariis, solitis, & antiquitus receptis oneribus, a quibus prætextu murmurationis nemo liberatur, sed potius ad ea iure meritoque compellitur. *B. DN. Carpzovius L. 1. Rep. 56. n. 4. s. Gailius I. O. 17.* Novaigitur, dura atque insolita hic diligenter examinantur, *vid. Cap. II. §. 1. 2.* quorum præscriptio, ob intervenientem libertatis præsumptionem, titulo novo coequo iusto indiget. Neque ex solo temporis immemorialis lapsu *(b)* ab immemoriali, titulum repeteret licet: quippe quod rei per se iniquum temporis lapsu. *Solut.*

robur nullum circumponere, aut vitium coactionis metusve purgare potest. Si ergo generale temporis nomen Principes, aut nobiles quoad imposita onera, tantum iasterint, contra eos iudicandum esse, magna animi constantia pertendit Antonius de Padilla *ad L. 2. C. de Servit.* Alias quidem manifestum est, res incorporales, quibus ius operarum, tributorum, aliorumque onerum connumerandum est, iuxta *§. 1. b. cap.* per exercitium & usum cum patientia & scientia eius, qui declinare eas *(c)* ab usu patientia subditorum. *L. ult. ff. de servit. L. 1. L. 3. ff. de usufr. L. ult. ff. quemad. serv. amitt. L. 9. ff. de petit. hered. L. 11. ff. de Publ. in rem act. L. 2. C. de serv. L. f. C. de long. temp. præscript.* Sed hic sermo de subditis instituitur, cum leges citate de privato contra privatum præscribente agant. Enimvero subditi dominis suis, utpote potentioribus, pares viribus suis esse nequeunt, ideoque, ne ipsorum tamquam imbecilliorum patientia, quæ sæpe in ius transit, demonstrante

40 CAP. III. DE MVRMVRATIONIS EFFECTV

strante Hug. Grotio L. 1. de J. B. & P. cap. III. §. 21. n. II.
eumdem in præstatione onerum ac operarum effectum

Rat. Sol.

(1.) fortiatur, murmuratione sive expressa, sive tacita, opus
est. Licet igitur in solutione tot onerum intolerabilium
diutissimo & longavo tempore perseverassent, domi-

norum tamen præscriptio non convalescit, tam propter
continuum, a violentia iniqua dominorum illatum, gra-
vamen. Violenta autem possesio nullam habet præsum-
ptionem tituli. DN. de Lyncker Dec. 141. tum ex eo, quod
dicta murmuratio, etiamsi tacita, vim uti contradic-
tio-
nis extrajudicialis cap. I. §. 1. ita interrumpendæ ac im-
pedienda præscriptionis habet. Io. Baptista Costa de Jur.
& Fact. ignor. c. 2. dist. 27. n. 6. Menochius Consil. 437. Io.

Gutierrez L. 1. Pract. qu. 92. Inprimis vero Georgius Lo-
pez ad LL. Partit. Hisp. T. 25. L. 6. Gloss. 2. partit. 4. gra-
vissime invehitur in terrarum dominos, onerum exacti-
onem in solo tempore immemoriali fundantes, & con-
tra quoscumque, nullum alium titulum, quam consue-
tudinem in servitiis de iure indebitis, adlegantes, quod
sola subditorum murmuratio hoc temporis præsidium
dissipare posse. Qua accedente, si præterea quidpiam

inferior in rem suam a superiori committi patiatur, hæc

illius patientia pro consensu neque habenda L. 1. C. de
bon. matr. neque titulum producere apta est: quoniam
is, qui pacis externæ causa cedit, dum non valet agere
propter superioris potentiam, ius suum per murmurati-
onem tuetur.

Rat. II. a. §. 3. Porro murmurationem quoque dominos tur-
turabare in quasi possessione onerum ac operarum indebi-
tarum, atque ita præscriptionem impidire, haud ægre
quasi pos-
sessionis. constat: quia hæc quietam & iustam possessionem requi-
rit. arg. L. s. f. de Usucap. Hug. Grotius de J. B. & P. L. 2.
c. IV.

QVOAD IMPEDIENDAN PRÆSCRIPT.

41

c. IV. §. 9. Gebhardus de *Uſu capionibus* c. 4. §. 4. Quemadmodum vero subditorum murmuratio, tametsi racita, huic contraria eſt; ita pro actu possessionis turbativo, recte habetur. Philippus Decius *Conf. 694*. Fac igitur, dominos modo dicta onera imperasse subditis, potius ea ex reverentia aut familiaritate præstabunt, ne forte durius aliquod malum per omissionem ſibi attrahant. Neque in dubio pro subditis alia valet præsumtio, non ex debito, ſed ex precario eos servitia præſtitiffe, L. ult. ff. de *itin. aet. priv.* L. 41. ff. de *a. & a. p. L. f. ff. quem. serv. amitt.* Bartholomaus Cæpolla de *S.P. II. cap. 20. n. 12.* Verum quæ iure precario fiunt, iure possessionis fieri nequeunt. L. 6. §. 2. ff. de *Precar.* Iac. Menochius de *A. 3. 2. L. 2. c. 16.* Joseph. Mafcardus de *Probat.* cl. 1150. n. 9. DN. Gerhardus Feltmann. *Dec. II. decif. 1. num. 26.* Præterea iuris præsumtione vis metusq; contra dominos adparet, quocties indebita a subditis aliquid extorquent, c. 6. C. X. qu. 3. L. f. §. 1. ff. quod met. cauf. L. 1. L. 3. ff. de *alien. iud. mut. cauf.* Ac proinde subditorum patientia, quæ violentiae dominorum, licet cum tacita murmuratione coniuncta cefit, in possessione eis nihil quidquam proficit. Klockius T. I. conf. 28. Cravetta *conf. 643. n. 9. 683. n. 12.* Si quid enim Dominis prodesſet, aut in summario aut in ordinario id contingereſ: Non autem in illo, quia domini præſtem adlegare possessionem nequeunt, utpote quam subditorum murmuratio evertit; Neque in hoc, cum antiquam ac titulatam possessionem probare teneantur, cap. 9. X. de *Probat.* Sed titulo carere dominos, novas ac insolitas operas præcipientes, eisque subditos ad murmurationem usque adfligentes, paullo ante §. 2. deducatum eſt. Quoniam igitur tantum præscriptum quantum posſeſſum, inde firmiter concludi potest: Dominos contra

Patientiam
subditorum
Dominis
non prodesſa-
re proba-
tur.

F

tra



42 CAP. III. DE MVRMVRATIONIS EFFECTU

tra murmurantes subditos præscribere indebitas operas non posse, quia in facto consistunt: ubi itaque indicuntur, & a subditis iure contradicunt; ibi necesse est, quasi possessionem Dominorum cessare. Illustris DN. Strykius in *not. ad Compend. Lauterbach. Tit. de Oper. Serv.* Optime vero hanc sententiam confirmat die Magdeburgische Polizey-Ordnung c. 82. §. 5. Dass die *iura incorporalia* anderer gestalt nicht / als wann sich die Possession oder der Besitz mit Vorwissen und Gedult des Gegenthels angefangen/ verfahren.

Rat. III. ab §. 4. Accedit, quod in mala fide dominos consti-
nductione tuat subditorum murmuratio. Cum satis ex ea intel-
male fidei. ligere possint, se indebitas operas imposuisse. Mala e-
nem fides est conscientia rei alienæ aut præstationis in-
debitæ exactæ. L. 2. §. 1. L. 7. §. 4. ff. Pro emt. Evidem a
Deo, legibus & pactis habent domini potestatem ope-
ras aliaque servitia exigendi, sed limitatam, cuius terminos sine grandi peccato excedere non possunt. Ubi igi-
tur excessus, de quo c. 2. §. 2. 3. actum est, ibi mala fides.
In primis quando per ministros libera subsidia blande-
postulant, sed paullo post secretis comminationibus vo-
luntati vim faciunt. Mores istorum Dominorum ver-
bosis exprimit Wilhelmus Ferdinandus ab Effern in *Man-
ual. Polit. lib. 3. p. 9.* quam ut testimonium eius hic inse-
ri queat. In præsenti vero mihi sufficit, quod propterea
murmuratio novarum ac insolitarum operarum præscri-
ptionem impedit, quia bonam fidem excludit, malam-
Fundamen- que superinducit: cum tamen bona fides ad omnem
præscriptionem, tamquam fundamentum, requiratur,
tum cuiusq; non modo iure Canonico, quod hac in re iure Civili
prescriptio- præferendum est, per cap. ult. X. de *Prescript. cap. s. 7. X.*
nis esse bo- nam fidem, evd. sed & Germanorum Legibus & moribus adproba-
probatur. tum,

tum, de quibus abunde testantur B. DN. Struvius *S. I. C.*
Ex. XLIII. th. 21. B. DN. Carpzovius *L. 1. Resp. 49. n. 13.* Da-
 niel Möller *2. Semestr. 18. n. 3.* Rauchbar *2. Q. c. 28. n. 31. 33.*
 Hanius ad *Wesenbecium Paratit. ff. n. 1.* Franciscus Niger
Cyriacus P. 2. Contr. For. 321. n. 48. 49. Qua de causa ite-
 rum mihi laudanda est die Magdeburgische Policey-
 Ordnung *c. 52. §. 4.* Es sollen die im Heil. Römischen
 Reich dißfalls übliche Canonische oder geistl. Rechte/
 welche wollen/ daß iede Verjährung ihren Grund in
 bona fide oder guten Glauben legen/ auch in diesem
 Herzogthum Magdeburg in solchem Stücke behalten
 werden. Ex quibus liquet, non errare legum doctores,
 adeo necessariam esse bonam fidem, statuentes, in præ-
 scriptiōnib; ut ne quidem præscriptionem longissimi
 temporis cum mala fide procedere, permittant. B. DN.
 Carpzovius *L. 1. Resp. 49.* Immo nec immemoriali tem-
 pore mala fidei possessore præscribere posse, post Klo-
 ckium *II. Conf. 48. n. 4.* Zalium *II. Conf. 160. n. 15.* tradit
 DN. de Lyncker *Dec. 1470.* Certum itaque est, murmurati-
 onem, quantumvis tacitam omnem interrumpere præ-
 scriptiōnem, saltim apud Deum, ut pie infert Fulvius
 Pacianus *de Probat. L. 1. c. 29. n. 80.*

§. 5. Sententiae vero, in præcedentibus demonstratae, rationes non contemnenda opponi possunt. Qua-
 rum (1.) murmuratio se habet per modum contradic-
 tions extrajudicialis, ut patet ex c. 1. §. 1. Sed quoties facta contradictioni aut protestationi contraria admit-
 tuntur, toties ad illam protestantes frustra confugunt:
 ideoque in casu præsenti, nec murmurantes subditi ad murmurationem suam provocare possunt, cum operas interea dominiis suis exhibuerint. Et sane fateor, si astum considero & agentium intellectum, est voluntas
 Obiect. (1.) De operarū indebita-
 rum præsta-
 tione, que murmu-
 rationi con-
 traria est.
 Solut.

44 CAP. III. DE MVRMVRATIONIS EFFECTV

quædam expressa, ipsoque operarum exercitio non dubie declarata, qua inter duo mala subditi minus eligunt. Ita enim indebitarum operarum molestias præferrunt pœnis dominorum longe gravioribus, uti arrestationi bonorum, pignorationi iumentorum, carceris inclusioni aliisve remediis pœnalibus, quibus domini ad operarum præstationem repugnantes subditos, quo iure, quave iniuria compellere solent. B. DN. Struvius, S. j. C. Ex. 49. th. 10. Andreas Gailius de Arrestis cap. 10. Hermannus Stamm de Servitiae pers. L. 3. c. 24. B. DN. Hanius ad T. de Stat. hom. n. 2. Sin vero mecum reputo intentiōnem, voluntatem & consensum facientium, est dissensus ac repugnantia tacita & intellecta L. 21. §. 7. ff. quod met. caus. Facta igitur hæc subditorum talia sunt, quorum causa movens est extra ipsos, non in ipsis, qui hic passively, non active agunt voluntque. Ex quibus manifesto patet, murmurationem, tametsi cum operarum præstatione coniuncta sit, adhuc ius subditorum conservare: quia executio illa operarum rectius actio cogentis domini, quam facientis eam subditi esse videtur. Atque hanc non simulatam, sed veram, ac in ipso foro receptam, Philosophiam gravissimo corroborat testimoniū. Celeber. DN. Ferdinandus Christoph. Harpprecht Vol. II. Cons. 30. Quoties subditi aliquid præstant, quod multos ante annos præstare non solebant, illud metu compulsi fecisse presumuntur, & quamvis taceant, suique DOMINI VOLUNTATEM EXSEQVANTVR; NON tamen habentur PRO CONSENTIENTIBVS, & ad probandum ipsorum metum, vel tacitam murmurationem probari sufficit. Quare Conciliatio ad rem non pertinet, quod dissensuro, B. DN. David Me- diffensio vius P. 8. Det. 63. suggessisse, existimatur, ubi unico actu Meriani maiorem decimatum præstationem factam esse ostendit. Quando-

Quandoquidem unicus iste actus in dominum ideo possessionem transferebat, quia a debitoris decimarum consensu processerat, nec prius impugnabatur, quam cum reiterata esset exactio. Hic vero supponitur præstatio operarum non quieta & adprobata, sed per murmurationem turbata & improbata: Ergo minus idonea, ut domino, easdem exigenti, possessionem adferre queat.

§. 6. Et quoniam ad similitudinem servitutis operas subditorum coactavi, hinc obiiciunt (2.) titulum. A prescritione requiri ad servitutis præscriptionem L. 10. ff. si serv. p. iōne serv. wind. L. 2. C. de servit. B. DN. Struvius s. f. C. Ex. 13. tb. 39. titulus sine DN. D. Joseph Bonaventura Frantz Comment. ad Inst. tit. titulo prode Servit. n. 37. Ergo ad operarum præscriptionem dominio cumdem necessarium non esse. Quemadmodum vero nusquam in iure servitutes prædiales excipiuntur, ne in illarum præscriptione titulus exigatur; ita eo minus ad operas subditorum insolitas, sine titulo præscribendas a dominis, quidquam concludere licet. Aper- tum quoque est in ipso iure civili, quod eadem in rebus incorporalibus serventur, quæ in rebus immobilibus usu veniunt. L. ult. in f. C. de Prescript. long. temp. Atqui rerum immobilia præscriptio nulla sine titulo procedit L. 24. C. de R. V. Præterea parum difficultatis in se continent leges obiectæ: quarum prior titulum docere, prout in verbo naclus sit responsio hæc confirmatur; ego autem de servitate adquirenda discepto. Neque posterior lex probat internum dubium, cum plane non sequatur: Requiritur scientia; Ergo excluditur titulus. Facit potius pro mea sententia ipse textus, si ad iuris analogiam revocetur, quæ in rudi hoc litterarum sæculo sèpius omittitur. Quodsi enim scientia adesse debet, necesse est, adesse titulum: cum alias sci-

Obiect. (2.)

A prescri-
tione
titulus sine
titulo pro-
cedente,
quacum
exactio o-
perarum
compara-
tur.

Solut.

Declaratio

LL. obstan-

tium.

enria

F 3

46 CAP. III. DE MVRMVRATIONIS EFFECTV

entia bonum initium habere nequeat, quod tamen prae-
cise postulat. *L. ult. inf. C. de Prescript. long. temp.* Neq;
quasi possessionem in rebus incorporalibus possessorem
penitus relevare ab onere probandi titulum, constans
est Practicorum opinio. *Carpzovius L. 1. Rep. 67. num. 8.*
Richter P. 1. D. 98. Qua de causa cum murmuratio titu-
lum evertat, nec ipsa operarum novarum præscriptio
convalescere potest.

Obiect. [3.] §. 7. Magnam quoque dubitationis speciem præ-
a mesu re- bet ratio (3.) metum reverentiae esse partem obedientiae;
verentie, Ergo cum subditi novas operas aliaque onera ex reve-
consensum rentia sustinuerunt, tunc de iure suo remiserunt, atque
includente. consensu suo, etiamsi minus pleno, bonum initium
præscriptioni dominorum præstruxerunt. Unde talis o-
perarum præstatio, non impediente murmuratione ta-
cita, in possessorio dominis contra subditos plurimum
conducere videtur. Sic enim Saxonici iuris conditor
præcipit. *Mann soll niemand aus seinen Gewehr weis-
sen / ob er gleich mit unrecht dagein kommen wäre.*
Land-Recht L. 2. a. 24. quod cum primis urget, Caspar.

Solut. Zigler ad Prax. Calv. §. Nobiles n. 58. 59. Quamvis autem ea, quae de possessorio obiiciuntur §. 3. maximam partem discussa sunt; nihilominus actum non agam, si etiam annum quedam illustrationis causa repeatam. Nam in possessorio sumario obtinet, ut ultimus possessoris actus inspicatur L. 14. §. 2. ff. de alim. legat. ubi dicitur: *eam præstationem sequendam, que novissima fuerit.* Enim vero ille actus nec precarius, nec clandestinus, nec violentus esse debet. Mathias Wesenbecius Cons. 48. n. 20. Don Garsias Mastrillus Decis. 52. n. 2. Cum igitur talem non scientia tantum, sed potissimum patientia subditorum in rebus incorporalibus formet, cœu probatum est

§. 3. non video, qua ratione quasi possessio dominorum in exigendis operis consistere possit, saltim quoad ultimum actum, si continua murmuratione contra eiusmodi onera subditi displicentiam suam declarant. Certi enim juris est, quod contra illum, abs quo vitiose aliquis possidet, huic possessio non adquiratur per *L. i. f. uti poss. L. 6. pr. ff. de a. & a. p.* Joseph, *Mascardus de Probatioribus cl. 1197. n. 9.* Ubi autem iusta impatientia subditorum contra protestationes five reales sive personales; ibi actus possessorius a Dominis exerceri nequit. Neque ius Saxonum ad rem facit, agens, non de possessionis vitio, sed de tituli defectu in possessore: atque hoc intendit, ut domini, qui quasi possessionem operarum habent, a subditis vero turbati, tamdiu in ea manu teneantur, donec ius libertatis in petitorio deducatur ac indebita exactio demonstretur. Interim quod de metu reverentiae opponitur, tantum non aufer scrupulum. Metuentes enim ac murmurantes sine periculo suo reclamare non possunt: inde nullatenus ipsi metu compulsi, consentire censendi sunt, quia qui timent, non adfirmant, & quando expresse non contradicunt; attamen tacite dissentiant. Fulvius Pacianus *de Probat. L. i. c. 29. n. 80.* cuius postea dissensus sat idoneum signum est, saepius dicta murmuratio.

§. 8. Iactis nunc fundamentis, ac remotis, quæ obstatre poterant, dubiis, proximum est, de murmurationis effectu, quantum ad præcipuorum casuum applicationem attinet, in quibus præscriptionem impedit, quedam subiictere. Siquidem tacita hæc murmuratio tales effectum habet contra Principes, quoties clientes suos *Ihre Schirms Verwandten/ paullo debiliores, colle-* Recensio *casuum in*
quibz mur-
muratio,
interrum-
pit præscri-
ptionem.

(i.) *De iure contra*

48 CAP. III. DE MVRMVRATIONIS EFFECTV

collectandi contra eos, quorum summam potestatem comiter ob-
Protectoris servare tenentur, tam facile & aperte conqueri non
contra cli-
- possunt, secundum ea, quæ cum cura expendit. Marti-
entes usur-
nus Magerus a Schöneberg in *Advocat. Armat. c. X. n. 190.*
pato.

ideoque cedunt potius ac solvunt collectas, quam se no-
vo periculo exponant. Propterea tamen obligatio eas-
dem collectas in futurum præstandi non nascitur, vacil-
lante illo præsidio, quod Principes, ius collectandi sibi
arrogantes, in præscriptione reposuerant. Tacita enim
murmuratio, quæ omnem præscriptionem interrupit,
eius pre-
scriptio-
murmura-
tio inter-
rumpit.
hic imbecillioribus quoque clientibus prodest. Adeo,
ut frustra sibi metuat Hugo Grotius de *J. B. & P. L. I. c. 3.*

Rat. (1.) §. 21. ne tum talia fiant, qui socii fuerunt, evadant sub-
diti sub umbra-clientelæ, servitutem adeuntes. Licer

collectandi gravamina toleraverint; non tamen ex con-
sensu, sed ex reverentia ac metu id factum esse præsu-
mitur: Verum illo, non hoc accidente quasi possessio
iuris oritur. Et supra demonstratum est, quod murmu-
ratio sit species contradictionis, in eis deprehensa, qui

(2.) sine manifesto periculo reclamare non possunt. Unde
non ineleganter Fulvius Pacianus *Tr. de Probat. L. I. c. 29.*
n. 80. ait: *Quasi possessio iniusta & violentia, quam allegant
Principes non potest eos tueri; quidquid sit de iure civili in-
ter privatos, qui possunt habere copiam iudicis, quod secus
est in Principibus, de quibus nullus sine damno conqueri po-
test.* Paciano comitem addere libet Mathæum de Af-
flictis, cuius hæc sunt verba, *Dec. 282. n. 12.* SOLA MVRMVR-
RATIO sat est contra Regem tyrannum ad interrumpendam
præscriptionem collectarum, de iure non procedentium con-
tra populum, qui non audet, aut non potest, loqui contra ipsum
Regem.

(2) De Pra. §. 9. Similiter statuendum est de tributis ex-
traor-

traordinariis, quæ publica necesitas aliave causa extor-
scriptione
quet. Solvuntur quidem, non tamen sine marmura-
tione, quæ spem præscriptionis intercipit, ne eodem
modo repeti queant. Maxime autem si proportio cum
necessitate, quæ tributorum anima est, deficit, cum
pro patria defensione exacta, postea in luxum conver-
tantur, eut pro mœniorum refectione L. 3. C. de quib.
mun. nem. lic. se excus. lib. X. collecta, deinceps in lata
convivia impendantur. Murmurationem itaque populi
eo casu quis improbare poterit? Nullum enim alium in
usum, quam cuius ratione indicta sunt, converti de-
bent tributa, puta ad defensionem ac conservationem
Reipublicæ, R. I. de anno 1512. §. 26. Adeo, ne sit maius,
quod patiuntur tributi solutione, quam illud damnum,
quod foras timeri habeant subditi. Et quoniam cives
gaudent æqualitate iurium; ita pari onerum pondere
graventur. Neque vel odio vel gratia hi subleventur,
illi deprimantur. L. 4. C. quemad. civil. mun. ind. lib. X.
In primis eo dispiciendum erit, non quis valor cuiusq;
rei sit, sed quos fructus exinde cives percipient. Pra-
cipua enim murmurandi occasio nascitur, quando re-
bus sterilibus tributa imponuntur. Jo. Bocerus in Tr. de
collectis c. 12. §. 13. Quæ murmuratio eo fortius impedi-
mentum præbet præscriptionis, quo certius demonstrari
potest: quod causa tributorum sublata, ipsa cessare de-
beant. Andreas Gilmann Sympb. T. 1. tit. 2. n. 140. Jo. a
Chockier in Apb. Pol. 2. c. 10. n. 7. David Mevius in Com-
ment. ad Jus Lubec. P. 2. T. 3. n. 26. seqq. qui contra mur-
murabundos tributorum debitores varias monstrant ex-
secutionum vias, quas scopo meo adversas, in præsenti
non attingo. Ad rem magis conductit, quod Henricus
Rosenthal de maritagio von der Fräuleins Steuer in Exemplum
G Exemplum
nopf. de marita-
gio.

50 CAP. III. DE MVRMVRATIONIS EFFECTV

nops. de Feud. c. 5. cl. 77. t. lit. C. commemorat scilicet, quod multorum Principum subditi eo casu quidem contribuerent, sed solum precario: indeque eius rei Principes illis testimonium sub sigillo suo præbere debeant. Quidquid vero de precario monet, in murmuratione tacita etiam procedit: quorum illud vitiat quasi possessionem juris quæsti; hæc acquisitionem iuris plane impedit. Quia de causa istud tributum, quod pro elocatione filiæ Principis in matrimonium solutum est, accidente populi murmuratione, nec quoad modum, exigendi, nec secundum quotam suam præscribi potest. Conf. B. DN. Ahasverus Fritschius in *Tr. de Maritagio*. Memorabile est, quod Cl. Thomas Reinesius *L. 3. Var. lect. c. 1.* tributum dici Bernam & ursum a Bohemio Benie, notaverit. Unde procul dubio Germanorum Proverbium einen Beeren anlegen traxit originem, idque apud Egranos horologium, quod singulis mensibus, rugitu suo, quem vocant der Beer brummet eos de necessaria liberatione a iugo Bohemico admonet & interpellat. Sed liberum sit hac de re cuivis judicium.

*De iurata
bonorum
professione.*

*reiecta a
Röven-
strunck.*

§. 10. Cognitæ subditorum murmurationi, quæ circa tributa extraordinaria enata est, commode respondet ea disceptatio, quæ ad modum proferendi subditorum bona pertinet. An scilicet subditi ad iuratam bonorum suorum professionem citati murmuratione sua eam recte declinare possint? Ita visum est Rovenstrunck in *Nehltlichen Bedencken von Anlagen n. 478. p. 83.* ex ea potissimum ratione, quia multa committuntur per iuria, & iuramentis non ludendum est. Unde alii eius opinionem secuti, putaverunt, commodius illam bonorum professionem fieri posse, si sub poena confiscationis subditi compellantur, vel ut data manu loco fidei bona



QVOAD IMPEDIENDAM PRÆSCRIPT.

51

bona sua revelent. Sed quoniam dicta pœna graviorem excitatura est murmurationem civium, ac paucis cum ^{recepta ab} Augusto dicere licet, ego bona fidei sum. Hugo Grotius ^{alii} de *J. B. & P. L. 2 c. XII. §. ult.* Ideo crescente hominum perfidia obtinuit observantia fori, ut subditi iureiurando adacti bonorum suorum professionem atque estimacionem facere teneantur. Henricus Bocerus *Tr. de Collectis c. 12. n. 15.* Caspar Klockius de *Contributionibus cap. 17.* Quo tamen casu cautela circa hoc iuramentum observanda est B. DN. Carpzovii *L. 4. Resp. 74.* ut de credulitate ^{limitate} subditorum iurent, ne subditorum conscientiae nimis constraintur. Atque haec etiam causa erit, quæ murmurationem subditorum avertere possit: quia omnia sunt Principis, non possessione, sed imperio. Hugo Grotius *de J. DN. Carp. B. & P. L. 2. c. III. §. 3.* Ceterum ipse iuratus profitandi zolio. bona sua modus non tantum in LL. Romanis fundatus *L. 2. in f. C. quando & qu. quart. par. deb. lib. X. sed etiam Probata* in iuribus Germaniæ *R. J. de anno 1544. §. damit aber per LL.* *die. R. J. de anno 1595. & 1512. §. Ich schwer comprobatur.* Ut sileam varias provincias ac civitates Germaniæ, in quibus hunc profitandi bona modum usitatisimum esse ad exemplum diligentis scripturæ, Consultiss. DN. David Jo. Luedcke, Senior Scabinatus Regii meritissimus in *Disputatione sua inaugurali de jure Catastri Th. 7.* excoluit, atque pro more suo præclare demonstravit.

§. II. Supervacuum mihi hic videbatur, ea rete-xere, quæ de murmuratione, operarum rusticarum præscriptionem impidente, in antecedentibus sparsim, ^{(3.) De Præ-} commemoravi: nihilominus quia ista cause in curiis ^{operarum} quam nobis Germaniæ frequentius agitari solent, perquam necessaria duco, ut modo tradita diligenter inculcentur. Stat ^{les contra,} igitur adhuc sententia: Dominos non posse novas, in- ^{ruficos me-} ditantur. ^{solitas}

G 2



52 CAP. III. DE MVRMVRATIONIS EFFECTV

solitas aut excessivas operas contra murmurantes rusticos præscribere, cum tacita imbecilliorum murmuratio onem præscriptionis occasionem plane removeat, pro ut in terminis decidunt. B. DN. Georgius Frantzkius L. 2. Resol. XV. n. 20. Jo. Franciscus Balthasar de Oper. subdit. c. 9. p. 215. Caspar Ziegler ad Prax. Calvol. §. Nobiles. n. 67. 68. Jo Garsias de Expensis c. 9. n. 3. Etenim murmuratio titulum elidit §. 2. in quasi possessione turbat, §. 3. at que in mala fide constituit. §. 4. Neque subditis vel præstatio vel continuatio eiusmodi operarum fraudi esse potest: quia ex murmuratione satis colligitur, eos coactos & per metum adquievisse, easque prestitisse operas.

*Examina-
tur rusticorum
excep-
tio.*

Vid. Antonius Thessaurus Dec. 16. n. 7. f. Alias rusticorum nota est exceptio, quoties nobiles ultra consuetas operas, aliquid exigunt: *Wir wollen es gerne einmal thun/ aber wir befürchten uns es werde eine Gerechtigkeit daraus/ thun wir es einmal/ so müssen wir es mehr mal thun.* Et quamvis unicus iste actus operarum, utpote ex familiaritate præstis, neq; in petitorio neq; in possessorio nobilibus prosit. Casp. Klockius Vol. I. Conf. 29 n. 26. Conf. 30. n. 254. cum tamen, protestatione hac utentes, fuerint mortui, nec illius documenta reliquerint, tunc rustici probatione precari recte gravari possunt, si semel operas, etiamsi sub ea exceptione, maiores ipsorum præstiterunt: quia familiaritatis causa demum præsumitur, si alia causa non adparet. B. DN. Brunnemann ad L. 41. ff. de 2. & 4. p. Menochius de A. 3. Q. L. 2. c. 160. n. 20. Caspar Mantzius in Cent. 1. Dec. Q. 28. n. 24. Hinc contra rusticos ita pronunciari solet, da sie aber dennoch solche Dienste nicht aus Schuldigkeit/ sondern aus Gutwilligkeit und zur Bitte verrichtet hätten/ so die Unterthanen auch dasselbe wie recht beybringen und erweisen möchten/ in massen ihnen denn zu thun obliget sc. §. 12

*Formula
sententie.*

QVOAD IMPEDIENDAM PRÆSCRIPT. 53

§ 12. Et quia consuetudinem in cap. 2. §. 1. pro ope- (4.) De Pre-
tarum aliorumque onerum regula commendavi: hinc, scriptione
filo boni ordinis ducente, tractandum superest, quod consuetudi-
nem quoque murmuratio, quominus præscribatur, im- nis, murmu-
pedire possit. A consuetudine enim excluduntur actus rante parte
metu extorti, eoque secluso non faciendi. Ubi igitur maiore.
murmuratio auditur contra mores utentium; ibi con-
suetudinis introductionem ac præscriptionem impediri,
necessere est. Nam consuetudo non introducitur, nisi per
actus, eius introducendæ causa suscepitos. Neque valet,
nisi legitime præscripta per cap. f. X. que sit long. confv. sed
murmuratio obicem ponit. Quandoquidem actus facti
ex solo metu, ita, ut, eo absente, non fiant, potius a-
nimō evitandi malum, quod agenti per metum inten-
tatur, quam animo introducendæ consuetudinis suscipi-
untur. Franciscus Suarez L. 7. de LL. cap. 12. Debent e-
nī actus subditorum liberi esse, & cum animo iuris in-
troducendi fieri, ubi consuetudo speratur, ne ultra in-
tentionem agentium operentur arg. L. 32. 35. ff. de LL.
Non obstante L. 34. ff. de LL. secundum quam primo o-
mnium exploranda est contradic̄tio adversus consuetu-
dinem: Ergo consuetudinis præscriptionem non impe-
dierit, sed adiuuabit subditorum murmuratio. Sane huic
dubio facilis negotio regerere possum, quod lex de con-
tradictione judiciali & introducta consuetudine loquatur,
mihi autem sermo sit de contradictione extrajudiciali &
introducenda consuetudine per similes subditorum a-
ctus. Unde contradic̄tio judicialis pertinet ad proban-
dam consuetudinem, non vero ad introducendam: &
quidem non exigentia, sed expedientia necessitate, de
qua Glossa des Land. Rechts sub Proæm. cl. 4. die Ge-
wohnheit soll zum wenigsten zweymahl in öffentlicher
G 3 Wieder.

Obiect.

Solut.

54 CAP. III. DE MVRMVRATIONIS EFFECTV

*Q. Quis isti
cibus pre-
scribenda
consuetudi-
nis?*

Wiederredē erhalten seyn. Quoquo autem modo hæc sese habeat controversia; tamen illud liquidum est, quod murmuratio interrumptat præscriptionem consuetudinis, quia tacitum consensum sufflaminat, quia alias loco tituli ad præscriptionem requiritur. Illustr. DN. Jo. Christ.

Limit.

Schambogen *Comment. ad I. §. 9. de J. N. G. & C. n. 5. p. 61.* si non ubique in Monarchia, cum ibi a libera & absolu-
ta Principis voluntate procedat; nihilominus in Demo-
cratia, in qua contra consuetudinem maiore parte mur-
murate, ea per tacitum minoris partis consensum non
inducitur: quoniam non hæc; sed illa ius integri cœtus
habet: Ergo illius quoque tacito consensu ut introduci,
ita dissensu, per murmurationem declarato, impediri
consuetudo potest. Ne quid superaddam cum Ludolpho
Schradero *de Feudis P. 10 Sect. 20. n. 157.* quod per actum
contrarium etiam unicum & ab uno solo homine cele-
bratum consuetudo interrumptatur, quominus invalefacat.

*De murmu-
ratione no-
n alienum addam de novæ legis introductione, quam
ve legis in-
murmuratio, quantacumque etiam fuerit, impedire
troducere non potest. Lex enim volentibus non datur, sed invi-
impediente.*

Ration.

*S. 13. Inter reliqua, ut hoc obiter ab instituto meo
varione no-
non alienum addam de novæ legis introductione, quam
ve legis in-
murmuratio, quantacumque etiam fuerit, impedire
troducere non potest. Lex enim volentibus non datur, sed invi-
impediente.* Alias vim cogendi habere nequeat. Murmurare ita-
que erit, resistere ordinationi divinæ *Prov. VIII. 15. Rom.*

Obiect.

*XIII. 1. I. Petr. II. 13. 14. Neque subditorum acceptatio in
lege requiritur, quorum nec observantia videtur ne-
cessaria esse L. 32. ff. de LL. Benedictus Carpzovius P. 2.
Dec. 101. Paulus Laymannus in *Theolog. Morali* L. 1. Tr. 4.*

Solut.

*c. 14. cum actus subditorum legem confirmare non va-
leat. De quo contra Jo. Azorium *J. Moral. T. 1. L. 5. c. 4.*
q. 1. s. Martinum Bonanicam D. 1. de LL. q. 1. punct. 4. dispu-
tat eorumque rationes latius perpendit Ferdinandus a
*Castrō Palaø *Op. Moral. P. 1. T. 3. D. 1. punct. 13.* Unde lex*
*Principis cives eius, tametsi murmurantes, omnino ob-
ligat.**

QVOAD IMPEDIENDAM PRÆSCRIPT.

55

ligat. Sed novam hic difficultatem movet Franciscus Suarez *L. 4. de LL. c. 16. n. 9. seq* cum de maiore civium parte murmurante agit, secundum regulam, quod sit a maiore parte, censetur factum a toto *L. 19. ff. ad Municip.* *Enim* vero illi hoc casu adsentendum esse, puto, quo tempus ad præscriptionem requisitum accedit. Legis enim obligatio tunc cessabit, quando, desuetudine per tantam Principis patientiam intercedente, victa est. *Quinimo ipsa murmuratio tunc præscriptionem iuris, a Principe pretensi, rursus impedit.* Tutiū tamen est, adhuc de lege vel iniqua, vel nimis gravi, facere interpretationem: ne fortassis ea, quæ tacita murmuratio esse videtur, paullo post in seditionem erumpat.

Limit.

J. 14. Post hæc tandem dispicere liceat de præscriptione debiti. quæ extra propositam quidem materiam esse censetur: Nam huc usque differui de subditorum murmuratione, qua præscriptionē dominorum impedire satagentur. Sed cum plurima verba fecerim de tacita murmurationis effectu, qui in impedienda iurum præscriptione fese exserit, non sine causa hæc de præscriptione debiti inferuntur. Maxime, quod Germani nostri de tacita illa creditorum murmuratione dubio procul cogitaverunt, cum in proverbio dixerunt de debitore, er habe einen brum menden Beeren angebunden. Hinc debitor, etiamsi intra 30. vel 40. annos de debito non conventus; tamen præscriptionem opponere non potest, quia in mala fide haeret. Quomodo enim is, qui ipse debitum contraxit, ignorantiam adlegare possit, non video. Illustr. DN. Strykius in Not. ad Compend. ff. Lauterb. L. 44. t. 3. vers. Moribus. Ernestus Cothmann II. Resp. 60. n. 5. Ludovicus Molina de J. & f. T. 2. D. 66. n. 6. Deinde si debitor negligentiam creditori reprobare velit, quod ipsum non interpellaverit; meliori iure creditor de impudentia debitoris re-

*(j) de mur-
muratione
creditoris,
Præscripti-
onem debiti
impediente.*

Rat. (1.)

(2.)

plica-



56 CAP. III. DE MVRMVRATIONIS EFFECTV &c.

(3.)

Aplicabit, quod tanto temporis lapsu, pro homine interpellantis, non solverit, quod debuerit. Brunnemann Cent. 3. Dec. 13. Mevius P. 7. Dec. 173. Petrus Surdus Dec. 158. n. 6. Id ipsum elegantissimis verbis confirmat modo laudatus Ernestus Cothmann d. Resp. n. 55. 56. par ratione, dicam sicut creditori negligentia in non petendo obuci potest, ita debitoris negligentiam in non satisfaciendo iure obuci: quemadmodum enim lex creditorem arctat ad petendum, ita Deus & natura lex arctat debitorem ad solvendum: dicam deinde, peccatum mala fide præscribitis nequaquam tolli, negligentia non petentis. Alter se res habet cum debitoris he-

Except. in rede, quantumvis, in malam fidem defuncti succedere, herede de- videatur. L. II. ff. de divers. temp. Prescript. Franciscus Balbus de Prescript. P. 2. pr. qu. II. n. 12. Verum quia mala fides vitium est personale, heredem adficere nequit. He-

redi igitur, in quantum debiti ignarus fuit, omissa per 30. annos interpellatione creditoris, per exceptionem præscriptionis omnino succurrendum erit. Præsertim quod lex adducta, plane a scopo abludit. Ac præterea Ius Canonicum veram & positivam malam fidem respicit, in herede autem, si qua esse poslit mala fides, quod tamen negavi & pernegavi, saltim facta erit, quæ pec- catum non implicat. Didacus Covarruvias in c. 7. §. 9. n. 7. de J. I. in 60. Sic habes ea Lector Benevole, quæ tem- poris angustia, suppeditavit, non quæ materia desideravit copia. Fateri enim sub finem cogor, me numquam in animum induxisse, absoluti laboris edere specimen, aut cornicium oculos transfigere, quod multis disputantium nostra atate solemne est, sed arguento non usq; adeo divulgato, accidente charissimi Parentis auctoritate, diligentiam meam in arte iuris probare. Si igitur voto meo re- spondit eventus, est, quod Deo, omnis boni auctori, gratias persol- vam uberrimas: Sin minus, divino eius adhuc nitar auxilio, quo mi- quam Momii murmurationem, non tacite, sed aperte gliscentem, & quiore animo perferre possim. Fatalis enim illa ingeniorum scabies, me non invasit, qua saepius eo deuentum, ut, teste Seneca, epist.

Conclusio.

(4.)

95 . 108. omnes diffutare, quam vivere malint.

COROLLARIA.

I.

Nimis frequens est quorumdam censura, qua cuncta audacter reiiciunt, ut inepta, quæ non intelligunt: iudicant levia, quorum pondus non adsequuntur: quæ ipsis inaudita sunt, ut absurdâ rationis entia dominant. Fatum hoc sustinuit nupera fratris mei disputatio, de Crimine gratiae instituta, quod tamen omnino dari ex documentis non schola, sed curia, satis abundeque demonstrari potest: prout conflictui hæc reservantur.

II.

In Iure nature fundamentum non reperit usucatio.
 Aliqui in derelictione quidem id posuerunt, sed invita juris arte. Nam intelligunt derelictionem, aut veram, aut presumtam: Si veram, usucapione non opus est, quia res nullius occupanti cedit: ideoque maxime errant, usucaptionem fingentes, occupationis speciem esse. Sin presumtam, eo vehementius dictum fundamentum vacillat, quo maiore consensu omnes docent, *ius nature non presumptionibus, sed evidentissimis uti demonstrationibus.* Accedit, quod falsa sit presumptio, quam in fundanda usucapione praestruunt: tum quia contra naturalem hominis propensionem militat, se suaque bona amantis; tum quia eius robur a longo temporis intervallo repetitur: cuius tamen in rebus moralibus nullum esse valorem, prudentiores istius iuris interpretes, dudum animadverterunt.

H

III. Ra-

Rationabile est civitatis statutum, quo sine ullius personæ discriminè cives recipiendi ratione honestorum natalium per litteras natalitias se legitimare debent, daß sie ihre ehrlische und eheliche Geburth / durch richtige Kundschafft und Vorlegung eines richtigen Geburts-Briefes beweisen müßten.

Fideiussor, qui sub iisdem clausulis obligatur, quibus debitor principalis tenetur, non habet beneficium excusonis, si instrumento inserta est clausula constituti possessorii.

Jure Brunovicensi molendina bannalia non convalescant, nisi a tempore introductionis vicini una eademque mola per 30. vel 50. annos usi fuerint. L. A. zu Salzhahl de anno 1597. S. zu zwen und zwanzigsten. L. A. zu Ganderheim de anno 1601. S. zum dreyzehenden. L. A. zu Wolffenbüttel de anno 1619. S. zum zwanzigsten.

Nobilis-

Nobilissimo atque Doctissimo
RESPONDENTI


Fautori æstumatissimo

Salutem dicit

P R A E S E S.

 Lurimum studii Te in arte iuris collo-
casse, me teste non indiges. Cum re-
rum argumenta, quibus multo clarius
id comprobare poscis, Tibi minime
deficiant. Ex ingenio itaque Patruorum Te
æstimare, ut debui, ita etiam volui. Luedekii-
orum autem propria virtus est, verborum fu-
gere lenocinia. Plus enim aloes, quam mellis
eadem habere, probe intelligunt. Unde illius
recordatione permotus, in laudes Tuas me non
diffundo. Id tamen silentio prætereundum
non erat, Te, domesticis incitatum exemplis,
tantos fecisse progressus. Magnum utique est
Luedekiorum nomen, sive aulas intranti, sive
curias frequentanti, Te iungas comitem. Quo-
rum recta & præclara facta non sinent, Te pri-
us adquiescere, quam in laudis societatem per-
venias

venias. At nosti, me non monitore, & ipsos litterarum studia habuisse in deliciis, a quibus nunc præcepta, consilia & exempla eorum petuntur. Tibi igitur, quos imitandos temel proposuisti, curæ erit, ut eorum vestigia in posterum sequaris. Neque enim bene coepisse in virtutis cursu, sed bene etiam coepita via perrexisse, Tua intereft. Ferri instar animum Tibi depingas, quem virtute innutritum, nisi agendo exerceas, ac in dies reddas positiorem, rubiginem & immanem squalorem contrahit. Sed quoniam ea percalles, quæ in virtutis cultu perficiunt, ut svavi tranquillitate constantique firmitudine facias, quod rectum est. Ideo nihil superaddens, Tibi, in rectis studiis pergenti, cuncta pietatis & industriæ divina præmia ex animo adprecor. Sic maiora virtutum studiorumq; incrementa senties, &c, quos eadem merentur, amplissimos tandem, quibus maiores Tui celebrantur, honores consequeris. Vale.



62 H 1019

ULB Halle


003 101 371

3





Farbkarte #13



B. C. D.

DISSERTATIO JURIDICA
DE
MURMURATIONE
PRÆSCRIPTIONEM
IMPEDIENTE,

QUAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIP^E AC DOMINO,

DN. FRIDERICO WIL-
HELMO,

REGNI BORUSSIÆ, ELECTORATUS ET PROVIN-
CIARUM HEREDE, ET RELIQA,

IN REGIA ACADEMIA FRIDERICIANA,

*Adnuente Illustri J^Ctorum Ordine
SUB PRÆSIDIO*

JO. FRIDEMAN. SCHNEIDERS,

Ph. & J. U. D. Profesoris Jur. Extr. & Facult.

Philos. Adjuncti.

Publicæ eruditorum disquisitioni exponit

LEVIN CHRISTIAN LUEDECKE,

Hall. Saxo.

ad diem 10 Decembr. A. O. R. MDCCIV.

Horis loco consuetis.

HALÆ MAGDEBURGICÆ, Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI.